

MUSEUM
LITERARIUM
IN QUO

Penè omnium Scriptorum Dubia, Suppositia, Maledica,
Falsa, Fabulosa, Satyrica, Proscripta, Anonyma,
Suffurata, Insulsa, Putidaque Monumenta,
Eruditorum Criterio, strictim
expenduntur.

AUCTORE

FR. ELIA DE AMATO

STHEOLOG. MAG. ET DOCTORE, A MONTALTO,

*Utriusque Provincia Calabria, Ord. Carmelitarum bis
Provinciali, Visitatore, Commissario, & Generali
Diffinitore, Cathedra S. Marci, Examinatore
Synodali, Eminentissimi Principis Cardinalis
Alexandri Albani Theologo, & Acca-
demia Incultorum ejusdem Urbis
perpetuo Archiagrisola.*



N E A P O L I M D C C X X X .
Ex Typographia Januarii Mutio.)(Superiorum Facultate,

Prison 256.

Urbis Decori , & Orbis
Reverendissimo , ac Sapientissimo Praesuli ,
LECTORI JUBILATO
FR. FRANCISCO ZAVERRONI,
A MONTALTO:

Ordinis Minimorum Generali Maximo : Almae Accademiae de Propaganda Fide Lectori Eximio : Sacrae Congregationis Indictae
Consultori Integerrimo : ac Sanctissima Inquisitionis merito
Qualificatori . Reipublicae Literariae Charo :
Omniumque Peritorum Judicio , prae-
quam suo , Praesuli Magno :

Sicque :

FRANCISCI plaudite celebri Nomini,
MINIMI Proceres, plaudite Gloriae :
Conspicuum Meritis dicite Eximium
ORDINIS dicite Praesulem.

Quo nihil majus, meliusve terris
Fata donavere, bonique Divi ;
Nec dabunt, quamvis redeant in aurum
Tempora priscum.

Qui

In Murgantia Majorum Sanguine decoratus
Baroniae Thesera redimitus (a)

A

2

Splen-

(a) Ex Ricc. Pap. Praef. Eccl'es. cap. 101. & atr. Famili-
lia Zavaroni Murgantia, in pertinentiis Nolans.
Cutignani Baronia, utilique Dominio insignita,
atque Alexandr. Papa VII. Pontificas. VII. Diplo-
mate, ann. 1661. apud eundem reberata.

Splendore Generis, & Fulgore Dignitatis,
MONTALTI Lares,
Magnificentius illustravit, & Suos
Literis, & Pietate.

Hinc,
Non fragili Felicitate, Fortunæ ludo proventus,
Sed ut crescere Virtutes solent,
Ad præconii Culmina ascendit,
Gradibus Dignitatum.

Cujus
Reconditissimos Sapientiæ Thesauros,
Acumine, Sagacitate, Consilio, Eloquentia,
Cunctis aperuit,
Doctissimis undè proficerent sæpè monstravit.
Mira Beatitate Felix!
Huic Seculo tam Erudito
Notissimus sine Nota Nitet.

Cujus
Monumenta elucubrata, Lucique edita,
Polemica; Chronologica, Dogmatica
Monent, & Sanè
De Eo dicentia:

Digna legi scribis, facis, & dignissima scribi:
Scripta probant Doctū, Te, tua Facta Probū.

Quem
Gallia Theſibus, Roma Oraculis,
Re-

Religio, Justitia, Brettia Preconiis
Jurè extollunt, & elevant;

Dùm Ille:

Quæ sparguntur in omnes, in Eo mixta fluunt,
Et quæ divisa Beatos efficiunt, collecta tenet.
Provisu rerum, Consiliorum dispositu, fandi
vi, & gratia,

Tantæ admirationi fuit,

Ut gravissima Romulea Capita; suam Canti-
tiem increpauerint;

Romæ sanè decorandum Nomen

Infula, & Ostro:

Caput suum ambiendo, non ambita.

Quidni?

Plus illi Laureæ, quàm ipse Laureæ debet;

A quo tandem

Honorum procurrer hic Spiritus,

Qui metas attingit inter initia?

Sat est:

Gloriæ Fama commendari, quàm fame,

Id illi proprium.

Nil in Fortuna sua majus habet, quàm ut possit,

Nil melius, quàm ut benefacere velit.

Eique consentaneum magis, ut Ordinem

Non jam deserat, sed amplifcet:

Religionem, nedum cumulet, sed augeat,

Po-

Potestate, & Virtute,
Eloquentia, & Decore.

Quo dumtaxat perspecto,
Religionis Zelo:

Manfuetudine morum:

Animi Hilaritate:

Affabilitateque Sermonis;

(adeò ut:

Non sic Virginibus Flores, nō frugibus imbres,
Prospera non fœlis optantur flumina Nautis,

Ut suus Aspectus Populo)

Cuncta rapit, & Corda:

Velle trahit, & Amorem.

At:

Laudibus ergò tuis melius desistere. Abundè

Laudatur, cui Laus nulla sat esse potest.

Illa Vultus Majestas, Religionis Caput:

Illa Comitatus, Dignitatis Serenitatem:

Illa Magnificentia, Principatus Splendorè.

Illa Authoritas, Oris Oracula:

Illa Prudentia (nil perplexum habens)

tuam Dignitatem:

Teque Unum, imò Unicum

Satis clamant; symbolicèque tuam

Phœnicem in Stemmate

(dere.

Gloriæ tuæ Perennitatem augurantem ostē-

Tan-

Tanto igitur Præsuli
FR. ELIAS DE AMATO
Inter Carmelitas minimas,
Cum pro meritis Elogium pangere
Ob Eloquii pauperièm nequeat;
MUSEUM hoc LITERARIUM
Mæcenati Literarum Maximo,
Obsequenti, gratoque animo
Dicat.

Vive tùm Felix, igitur, libenter
Dà mihi quæso, veniamque fasso,
Ac mei Custos, præcor, esto semper
Ægide Pallas.

Et licèt tandem meliori Plectro
Sint ~~tum Isthmice~~ merito canendæ,
Attamen gratis tenui laboris
Accipe Vota,

BE-

BENEVOLO LECTORI.

Farraginem hanc, tametsi pro mea dumtaxat utilitate elaboratam, *Literaria Reipublica* communicare, mihi cura nequaquam foret; *Accedemicorum* nostrorum nihilseciùs persuasionibus incitatus, Tibi exhibeo, amice Lector, ut illud *Platonis ad Architam* scribentis, pro me intelligas, quod unusquisque nostrum, non sibi solus natus sit, sed partem patria, partem parentes, partemque reliqui nobis amici vendicent sibi. Et sanè apud *Stoicos*, Homines Hominum causa sunt generati, ut ipsi inter se alii aliis prodesse possent, tum maximè pro *Veritate* aucupanda. Nec amabò mihi quisquam dentatus impingat, quòd *aliena* crebriùs hic interferam, objectando, Ἀλλοτρίον ἄμὰς θίγει, quasi aliorum *opibus* ipse locupletari non erubescerem. De *Scriptorum* etenim *Criteriono* agitur, ab Orbis exordio ad tempestatem usque nostram *Chronologica methodo*, quod ut quispiam assequatur, non tam rationis, quam *auctoritatis* sibi locum habere queat, *Eruditorum* apprimè, qui & obscuris lucem, & fastiditis gratiam, & dubiis fidem, & vetustis nitorem satis dedere. Hinc in cunctis *Authorum Nomina*, *Fontes*, *Monumenta*que ascripsi, *Lectorem* existimare cupiens, id me non agere, ut tamquam mei *Crisim* ipsam usurpem, sed *aliorum*, etsi aliquando non pauca de meo probatis adjectus simi. Hoc autem in *Opere* construendo *Bibliothecam* quamdam veluti

luti habebis, in qua *Scriptorum* penè cunctorum *Dubia*, *Suppositia*, *Maledica*, *Falsa*, *Fabulosa*, *Satyrica*, *Proscripta*, *Anonyma*, *Suffurata*, *Insulsa*, *Putidaque Monumenta* pro tua utilitate reperies, ne uno dumtaxat pede pro *Veritatis* indagine videaris incedere, satis, superque *Studiofis ingenio*, sed non *pecunia ditatis*, in *Libris comparandis*, id necessarium existimando. In *Scriptorum Elencho*, *Cognomina* ut plurimum antè eorum *Nomina* leges, quia *Cognomentis* potissimum illa in *Monimentis* enuntiata reperies. De cetero, cuncta *S. Rom. Ecclesia* Censuræ subjecta (uti volo) æquo animo, benevola mente suscipias; & si quæ in tam ampla materia plurima sint *Errata*, condonas, corrigas, admoneasque: Homo enim sum, humani autem à me nihil alienum puto. Tu *Lector* humanitatem colas, æquus adeas. Postremò *D. O. M.* unà mecum præ cæteris præcamur, ut adversus falsitates omnes amplectetur *Veritas*; siquidem ~~ex Porphyrio et aliis Sæc. III. et IV. scriptis vobis non est hucusque edita~~ *παρ' αληθείας*; sicque illius ductu, ad illa aspiciendam facie ad faciem pervenire possimus. Vale, & ad *Elianos* annos vive.

FACULTAS ORDINIS

FR. GASPAR PIZOLANI

*Dei, & Apostolica Sedis Gratia Episcopus Cervienfis, SS. D. N.
BENEDICTI Papæ XIII. Prælati Domesticus, &
Pontificiæ Soli Assistens, nec non Prior Gene-
ralis totius Ordinis Fratrum Beatissima.
Semper Virginis Dei Genitricis Mariæ
de Monte Carmelo, antiqua
Observantia Regularis.*

Librum Latino Idiomate conscriptum sequenti titu-
lo: *Museum Literarium, &c.* Auctore Adm. R. P.
Elia de Amato, Provinciæ nostræ Calabriae Ex-Provin-
ciali, prævia approbatione duorum ejusdem Provinciæ
Sacrae Theologiæ Professorum, quos Adm. R. P. Magi-
ster Provincialis deputaverit, Typis mandari, tenore
præsentium permittimus, si is, ad quos spectat ita vi-
debitur. Datum Romæ in Conventu nostro S. Mariæ
Traspontinæ, die 6. Martii 1728.

F. Gaspar Episcopus Cervien. & Gener. Carmelitarum.

Adest Sigillum

*F. Joseph Maria Solarius, Provincialis Scotia, & Secret.
IL-*

ILLUSTRISS., ET REVERENDISS. PATER.

Post tot, & quidem Omnifariæ Eruditionis edita Monumenta, Sacra, Ecclesiastica, Accademica, Dogmatica, Polemica, Exotica, Historica, Geographica, quibus pro Reipublicæ Literariæ decore, & fructu, Adm. R. P. Magister, & Doctor Elias de Amato, semel, & iterum Ex-Provincialis emeritus per varia annorum curricula incubuit; nunc postremò communi Eruditorum commodo, suum *Literarium Museum* omnibus aperit, ut cuncti, Scriptorum penè omnium Suppellectilem quamdam mente teneant, Veritatem amplectentur, Errata abjicient. Opus igitur hoc, Te demandante (Illustrissime, & Reverendissime Pater) alacri animo evolvimus, quod auctori dignum, ut luci lucem proferat, in lucem prodere, perspicuum existimamus. De illo sanè dicere cum Seneca non erubescimus (Ep. 59.) *Habes verba in potestate: non effert in te Oratio, nec longius quàm destinasti, trahit. Pressa sunt omnia, & rei aptata. Loqueris quantum vis, & plus significas, quàm loqueris.* De cætero, cum nihil ibi resideat, quod aures offendat, quod inducat errorem, quod varietate non delectet, quod non exerceat intelligentiam, non pandat fidem, mentem non instruat, non sapiat honestatem, longeva Præli luce decorandum censemus, si P. V. Illustrissima, & Reverendissima id probare non dedignabitur.

Ex Conventu nostro Consentia, die 16. Apr. 1728.

P. V. Illustrissimæ, & Reverendissimæ

Humillimi, atque addictissimi Famuli

Fr. Petrus Thomas Grimaldi, S. Th. Mag. & Prior Montalti.

Fr. Albertus la Fontana, S. Th. Mag. & Prior Consentia.

B 2

Haud

Haud facile est invenire aliquem rerum Ecclesiasticarum Tractatorem, qui quantumlibet titulo Sanctitatis, atque Doctrinae refulserit, non sit erroris alicujus arguendus.

Baron. 553. num. 233.

Sermonem sine ullo certo authore dispersum, cui malignitas initium dedit, incrementum credulitas; quod nulli non etiam innocentissimo possit accidere, fraude inimicorum falsa vulgantium.

Quintilian. Lib. 5. c. 3.

MU-



MUSEI
LITERARIII
PARS PRIOR.

Ab Orbe condito, usque ad Salvatoris
D. N. Jesu Christi Natalem.

Adam.



A NNO Mundi 1. ejusdem Orbis Protopa-
rens, & Princeps. Talem Deus for-
mavit Hominem, corpore, & anima
constitutum: Corpus ex coeno effin-
gens, ut tali origine superbiam frau-
geret; animam ex nihilo, ut gratia
Misericordis ad coelestia sublevaret. Ex
Adæ *costa* eduxit Evam, quam veluti
fociam, ut cuncta propagaret, diligeret. Felices, nō
propter ambitum, ex illa Elysiarum voluptate, media
culpa, ad ærumnas cum suis non abirent. Tametsi mi-
seria

seria præditi, omni *scibulum* suppellectili à Supremo Conditore fuere insigniti. Quòd suos in omnibus erudierit, nulli dubium est: quòd autem plura *scripserit*, fabulæ est adjungendum. Quicquid sit de *Revelationibus*, sive mavis *Figmentis B. Amodco* adjudicatis, quòd nimirum *Adam*, & *Epithalamium* in *Evæ* molitione cœcinnisset; *Nenia*que post crimen commissum alternatim cum conjugè pronuntiasset, quamquam *Nierimbergus*, *L.2. de Orig. S. Script. c. 13.* ex rudibus, nescio quibus, *MSS. Bibliotheca S. Laurentii in Scuriali* àucupatis edita publicavit; cum in pluribus ea *Monumenta* utriusque *Testamenti* sententiis, juxtà *Vulgatam Editionem Latinam* constare videantur, suæ suppositionis, novitatisque evidentiam satis argumenta denuntiant. Ejusdem furfuris deliramenta supponuntur ab Eruditis ea, quæ de *Adami generatione*: de *Divinitate*: de *Revelatione*, cum in soporem incidisset; ac demùm, quæ de *Alphabetis* coarcevantur, ut memorant ex *Vaticani Columna Angelus Roccha*, & *Laurentius Scharderus in Monumentis Italia*.

Seth.

A *Noo M. 130.* & ante *Æram vulgarem 3874.* post *Abelem* extinctum, ejus nativitas, tertii ab *Adamo* geniti, ad parentis similitudinem, & imaginem, non quippè gigantea statura, ut *Joannes Lucidus* est interpretatus, sed ad patris imaginem bona indole, ingenio, pietateque præditi. Hic ab *Adamo* instructus, virtutis, literarumque gymnasticis se totum dedit, ex *Josepho*, in sua *Hebr. Antiq.* adè ut eidem *Astronomia* inventa, quibus ejus posteritas apprimè eluxit, *Hebraicarum Literarum*, *Astrorumque nomenclaturam*, *Suidas* præ

præ aliis condonavit, tribuitque *Gnostici*, *Hæresum*, *Monstra*, apud *Epiphanium*, sub *Sethianorum* nomine, putida non pauca confinxerunt *Monumenta*, fortè ex *Siderali* illa *Scientia*, in columnis illis, apud *Josephum* inscripta, aucupata, quam inventionem fabulam redolere, docet *Natalis* in sua *Hist. Eccl. V.T.* cùm, nec *S. Pagine*, nec alterius probati *Authoris* testimonio illa nitatur. Eiusdem farinae supponitur *Opus* aliud *Setho* ad dictum, de quo *Author Operis imperfecti* in *S. Matth. Evang.* penès *S. Chrisostomi Monumenta* editi *Hom. 2. ad illa verba*: *Vidimus Stellam ejus. in Oriente*, ità ostendit: *Audiivi aliquos referentes de quadam Scriptura, & si non certa, tamen non destruyente fidem, sed potius confirmante: quoniam erat quadam Gens sita in principio Orientis circa Oceanum, apud quam ferebatur quadam Scriptura inscripta nomine Seth, de apparitura hac Stella, & numeribus ejus, nampe Christo hujusmodi offerendis. Ad hæc, & similia redigenda, quo ad Sethum Sethianorum, signenta plurima. Primum apud Genebrardum, in Chron. L. 31 c. 35. ad ann. 1374. quòd in Valle Josaphat Cadaver repertum fuit integrum, barbatumque, sub cujus Cranio hæc in saxo legebatur inscriptio: Ego Seth, tertius genitus filius Ada, credo in Jesum Christum Filium Dei, & in Matrem ejus, de lumbis meis venturos. Aliud, apud Rabinorum phantasmata refert *Antiquitas*: Seth videntem Adamum patrem suum ægritudine letali laborantem adiisse *Che-rub* Paradisi custodem, & ab eo summis præcibus impetrasse tria grana *Arboris Vitæ*, quæ est in medio Paradisi, quæ grana trita oleum reddiderunt, quo primus parens unctus est. Post mortem autem ejus dicitur *Seth* indidisse in os parentis illorum granorum ossa, ex quibus arbor excrevit *Cruçis* venerandæ, cui Dominus postea appensus fuit; quæ post diutinam tempestatem, monen-*

te

te Deo , à Salomone in Templo fuit abdita , è cuius loco erupisse fertur Sacer ille Fons , *Zachar. 9.* Domui Israelis , quæ *Probatica Piscina* dicta est , *Joan. c. 5.* ex *Ferdinand. de Escalant. in sua Hist. Genes. L. 8.* Quæ cum *Apocryphis* communiter enumerantur .

Henoch.

Septimus ab Adam , Jaredi filius , circà *ann. M. 622.* & ante *Ær. vulg. 3382.* Vir sanctitate , prophetico Spiritu , ac miraculosa translatione celebris exitit . Quæ de *Atlante Græci* finxerunt , quòd pedes in terra haberet , ad ortum humeros , occasumque ; caput verò ad meridiem , ut insinuarent ex *Natali Comite , L. 4. Mizobol. c. 7.* Atlantem , nedum rerum *Coelestium* , veràm , & *Sublunarium* , atque *Subterraneorum* notitia polle- re ; de *Henocho* *Alexander Historicus* apud *Euseb. L. 9. de Præp. Evang. c. 4.* hisce verbis intelligit : *Græci autem Atlantem ajunt Astrologiam invenisse , sed Atlantem , & Henochum eundem fuisse , æstimavit Antiquitas .* Hic , adversus *Cainitarum* Hæresim prophetavit , qui parentem imitati , ullum *Judicium* futurum fore judicabant ; quapropter scripsisse dicitur *Libros* aliquot apud *Origenem , L. 5. contra Celsum ; & Tertullianum , L. de Hab. Mulieb. & de Cult. Fæmin. unum de Judicio futuro ; & de Angelis disertioribus alterum ;* in quibus , & quæ *Cælestia* , & quæ *Infera* a *Philosophis* desiderantur , perspiciuntur . Apud *Judæ Canonicam Epistolam* , ejusdem citatur de *Judicio* *Prophetia ; & apud Eusebium , L. 9. de Præp. Evang. ex Libro Eupolemi* , *Astrologiæ* inventor dilucidè monstratur . Non pauca *Henochi Monumenta* , apud *Æthiopes* lingua *Abyssina* ostenduntur , in quibus *Dei Mandata , Leges , Ceremoniæ* ad *Dei cultum* spectantia , & *Sacrificia*

erificia recensentur. Quæ quidem Noë postmodum, *Moy-
ses*, & successores distinctius sanxere: quæque cuncta
cum Ecclesia à Hieronymo, in *Catal. verb. Jud. apocry-
pha* demonstrantur. Indè in Paradisum post 365. annos
translatus est, ut infumum cum *Elia* in fine Mundi Gen-
tibus poenitentiam enuntiaret.

Noë.

ANno M. 1057. ex *Lamecho Sethi* nepote nascitur;
qui virtutibus, ut annis auctus, irati Numinis
vindictam, *Arca* fabricatura, verbo, & exemplo, Reis
intentavit. Cœli cataractis apertis, in eo servatus Or-
bis, per *Syrtes*, per scopulos, per naufragia naviga-
bat in ruina Mundi securus. Tandem ann. 2006. imple-
to vitæ cursu, ann. 950 calamitatum pertæsus obiit,
an in *Latio*, vel in *Syria* incertum. Multa cum *Libris*
demandasse *Theologica*, *Physiologica*, *Politica*, *Oeconomi-
ca Italica* communicata; nec non & *Astronomica*, *Resum-
que naturalium secreta*, quæ apud *Seythas*, *Armenos* so-
lis Sacerdotibus legere, docere, ac discere, fas erat, te-
statur *Berosus Annianns* in suis *Comm.* Sed apocrypha
cuncta apud Criticos existimantur.

Jonibus.

Hunc *filium Noë* dicunt *Magister Historie Scolasti-
ca*, *Methodius*, & *Tornicellus*, ab eodem post
Diluvium generatum; an inter 30. *Titans* gigantes,
ex *Titea* Noë conjugè editum, ex putido figmento *An-
nis*, & *Cajerani*, *Scioli* non pauci sunt suspicari. *Sacro
Literarum Codicè* adversa fore inventa, cuncti *CORDATI*
evincunt *Scriptores*, qui ex *S. Scriptura* silentio saltem

C

re-

refellunt genasim, non amplius, quàm tres filios Noè recensentes. Quod postmodum *Jonithus* à Deo fuerit edoctus ad omnes Artes, sed potissimum in *Astrologia* veluti Princeps, ex quo *Nembrod* consilium ex *Astrorum* influentiis accepit, ut sceptrum mundi præriperet, fabulam non minùs olet. Plura eum scripsisse, autumant *Scioli*, multaque prædixisse asserunt, præsertim de *Quatuor Monarchiarum ortu, successione, & interitu*, similia *Danielis Prophetia*: ex Stirpe *Cham Assyriorum*: ex Sem *Perfarum, Græcorumque*; & ex semine *Japhet Romanorum* Regna vaticinando. Potissimum foetido *anachronismo* convicti, quod dum anno *centesimo* tertiæ chiliadis à Mundi origine illum volunt enatum, Noè parens ab annis amplius *nonaginta*, ex Natali, in sua *Hist. Eccl. V. J.* vitam obierat.

Cham.

EX Noè filiis natu minor, *ad ann. M. 1657.* & antè *Ær. vulg. 2347.* Magiæ antesignanus, idèdque cum *Zoroastre Mago*, apud Veteres sine fundamento confusus, qui multis seculis *Chamo* recentior ab Eruditis chronologicè demonstratur. Plura exaravit *Magica* in laminibus, vel in columnis impressa, aquarum catheclisino salvatis, quæ ante Diluvium à mulierosis illis Angelis didicerat, & *Mesraim* Ægyptiorum conditori, ejusque filio communicavit, apud *Pseudo Clementem, L. 4. Recogn. & Cassianum, Coll. 8. c. 21.* quæque praxim, & elementa *Artis Necromantica*, sub titulo *Scripturæ Chammi, filii Noè*, continebant. Pariter, & *Alchymie* auctorem faciunt aliquot Eruditi, qui de ejusdem nomine *Chamia Chamiam, vel Chymiam, aut Alchymiam* insulsè derivarunt, apud *Bochartum* citantem *Arabes* talis Ar-

Artis peritos, qui *Alchymia* nomen, non quippè per *Cha*, sed per *Cheph*, nomen ab occultando aucupatum volvere. Quæ quidem cuncta sine alio dubio, ut scribit Sixtus Senensis in sua *Biblioth.* 6. ab iniquissimis hominibus conficta, ab iisdemque sub *Scriptura Chum* titulo inscripta, & evulgata fuisse, recenset.

Abraham.

Circà ann. M. 2008. & antè Ær. vulg. 1996. nascitur in *Ur Chaldeorum*, Civitate *Chaldaopolin* dicta. Vir, apud *Berosum*, summa cum integritate morum, ac dignitate, rerumque coelestium cognitione sublimis. Annos natus septuaginta, descendit in Ægyptum, & *Mathematicas* Disciplinas Sacerdotibus impertivit, ut *Plato in Epimenide* insinuat. Migrans inde ad *Pharetatem*, Ægypti Principem, illum docuit *Astronomiam*, ex *Suida*, aliasque id genus Scientias Proceribus communicavit. Non pauca scripsit, ut fabulantur Rabini plures, nec abnuente Mahomete in suo *Alcorano*; inter quæ Opus *Jezira* dictum, quod de *Rerum formatione* ejus nomine ostentant, ubi per literas numerosque *Pythagorico* more, & *Cabalistico* philosophatur; ut præ cæteris *R. Saadias* in suo *Lapide philosophico* magnis plausibus evehit. Alterum verò *Abrahami Apocalipsum* dictum, sub ejusdem nomine fingunt Hæretici *Sethiani*; apud *Epiphanium in Panario*; nec non & ejusdem Patriarchæ *Assumptionem* de medio tollit *Athanasius*, vel alius in sua *Synopsi* ex *ploto* alio *Codice* eidem addiçto per *Origenem*, *Hom. 35. in Luc.* in quo Angeli inducuntur pro iniquitate, & *justicia Abrahami* decertantes, dum alii de salute, alii de ejusdem intoritu aperto bello contendebant, Quæ omnia à PP. inter *Libros apocryphos* merito rejiciuntur.

Jacob.

JSaachi filius, Abrahæque nepos, circa ann. M. 2245. & ante Ær. vulg. 1759. Sapia, & doctrina maximè excultus; qui habitans in *Tabernaculis*, nimirum in Doctrinæ Domicilia, præsertim in Schola *Heberis*, Dei timorem, & sapientiam, ex *Lyrano*, & *Abulensi*, maximopere didicit. Sub ejus nomine *Ebionita* in Volumine illo, *Scala Jacob* dicto, multa confinxere, introducentes Patriarcham *Schala insomnium* exponentem, à se per quietem visæ, quo adversus Judæos, Templum, eorumque Sacrificia, non pauca conscribillant, ex *Epiphânio*, in *Panar.* Pariter, & *Jacob Testamentum*, *Ge-latius*, *dist. 15.* inter apocryphas Scripturas enumerat; ac ejusdem *Titulum in Bethel Luza*, ab eodem exaratum, vel in lapide sculptum, *Stratonicus in Collectan.* commemorat, *Batylum* ex eo derivatum, nonnulli suspicantes, quem & coluere in ejus memoriam *Phanices*, cæterique ex Gentibus, qui *Lapides* hujusmodi *Deorum* nominibus appellantes, apud *Pharenses* ex *Pausania*, in *Achaicis*; summa devotione venerabantur.

Joseph.

JAcobi filius, ad ann. M. 2289. antè Ær. vulg. 1715. quem Pharaos propter altissimam *Somniorum* interpretationem, constituit Principem Domus suæ, ut ejus Procerè erudiret; & Senes prudentiam edoceret. Quia enim *Ægyptus*, ex *Genebrardo*, in *Chron.* ad ann. 2209. bonarum Disciplinarum adhuc apprimè rudis erat, easdem deinceps edocta cæpit excolere, adeò ut nihilque *Divini Juris*, & humani eidem incognita, tali præcepto-

ceptore Duce , videbatur . Itaque , cum non ab homine , sed à Deo responsa dari viderentur , *Serapidem* dixeré Eruditi non pauci , idest *Salvatorem* , cum nomine hoc à *Pharaone* fuerat *Joseph* insignitus . Hinc plura ejus nomine *Symbola* eidem adjudicantur , quibus è corporibus *Cacodæmonia* repelluntur ; nec non & *Oracula* adscribuntur planè Divina : inter cætera , illa hisce verbis expressa: *Principio Deus est , tum Verbum , His Spiritus unus est . Congenita hæc tria sunt , cuncta hæc tendentia in unum* . Apud veteres Hebræos , atque Nostrates celebre legitur *Josephi* Volumen , *Orationem* , vel *Narrationem* , *Disputationem*ve comprehendens , quàm summè proficuum suis *Afferionibus* judicat *Origenes* : docet enim , nedum quorundam Angelorum *incarnationem* , ad imitationem *Salvatoris* nostri , *Corpora* plura assumpsisse humana , atque *Animas* , sed pariter futura cuncta in *Astris* conscripta , veluti in speculo , vel volumine representari , & comprehendi ; apud *Ciccum Esculanum* in *Comment.* super *Ptolomei Centiloquio* ; quæ *Athanasius* , vel quisquis fuerit *Autor Synopsis* , inter *Apocrypha* enumerat .

Job .

AD stuporem usque Sanctus , qui triplici certamine , tergeminum confecit triumphum : *Ann. M. 2398.* in cujus agone , contemptus superbiam fregit , patiens furorē , homunculus Angelum superavit . Hic , non quidem tertius ab *Esau* , & quintus ab *Abraham* , ut somniantur Græci ; sed ex sententia Hebræorum cum *D. Hieronymo* descendit à *Nachor* *Abrahæ* germano , ac proinde tertius à *Nachor* fratre *Abrahæ* , sicque *Mosè* magnoperè antiquor . Suam *Vite Historiam* , Arabica lingua

gua annotavit, quam Moyses addito principio, & fine, in *hebraicum* transtulit idioma. *Appendicem* verò ejusdem Libri circa *Jobi genealogiam*, quia nec in *Hebraeo*, nec in *Latinis* Codicibus legimus, ut apocrypham cum Hieronymo rejicimus. Quemadmodum & ejus Uxoris *Orationem* cum Origene, in *Epist. ad Jul. Afric.* ad *Hebraicæ* Scripturæ veritatem non pertinere defendimus. Tandem Pugil intrepidus, ætatis suæ ann. 217. prioribus bonis geminatis, *tragediam* suam felicissimè clausit.

Moses.

Circà ann. M. 2464. antè Christum natum 1589. nascitur ex *Amramo* Levi nepote. Prodigiorum patrorum illustris, Naturæ Dominus, in indomita gente ad stuporem mansuetissimus extitit. Servatus de aqua à Pharaonis filia, in Aula regio apparatu educatus, Sapientia Ægyptiorum instructus fuit. Intrà modicum tempus *Arithmetica, Geometria, Rythmica, Armonica, Medica, Musica, Philosophica, Morali, Poetica, Historica, Astronomica, ac Hieroglyphica* Encyclopedia ad miraculum usque eruditus, omnes superavit Magistros. Præter *Pentateuchum* fide jam confirmatum, plura alia, potissimum *Cabbalistica* Thalmudistæ Moyse adscribunt, quæ *Oralia* in Monte cum *Lege* à Summo Legislatore illum acceptisse affirmant. Item, & *Librum*, quam Græci *αὐτάρκεια* & *Μωϋσῆος* dicunt, ex quo *Canonicam* Judæ *Epistolam*, apud Sixtum Senensem, in sua *Biblioth. 5.* testimonium de contentione Archangeli Michaelis cum Diabolo pro *Cadavere* Moyse sumpsisse supponunt, eò quod Ægyptium Moyse occiderit, adeòque honorifica sepultura privandus. Pariter & *Testamentum* nomine *Moyse* conscriptum, confictumque à *Sethianis*, apud Epiphani. in suo 1. *Panar.*

Ac

Ac demum, & *Parvam Genesim*, cui titulus à Cedreno sic est inscriptus *λεπτογείσις*. Hæc, aliaque *figmenta* ab Hæreticis sub ejus nomine excogitata meritò exploduntur à PP., sed præsertim à *Concil. Trid. sub Flosc. Bibl.* nomenclatura. Quod verò *Moyfes* apud Euseb. *L. 9. Præp. Evang.* Judæis primùm *Literas* tradiderit, & non potius *Abraham*; non est certum; nàm antè *Mosem* Hebræos *Literas* suas habuisse, probant *Legis Tabule* hebraica lingua exarata, quæ ab iisdem legi, & intelligi poterant, alioqui frustra futuræ; tàm brevi autem tempore, & in motu penè continuo *Literas* Hebræis tradidisse *Mosem*, haud verisimile est, ex *Natali Hist. Eccl. V. T.*

Mosibus.

Aliis *Moschus*, ortu Phænix, antè Trojanum bellum, *Atomorum* Inventor, & propagator princeps apud Strabonem claruit. Plurima scripsit *de Rerum primordiis*. Sed hunc Eruditi non pauci cum *Mose* confundunt. Hinc ergò (docet Daniel Huvetius, *de Præp. Evang. Prop. 4.*) emendandus *Jamblicus*, & pro *Mωχ*, quod etiam in *Scriptis Codicibus* reperi scribendum *Μωχ* ipsissimus videtur *Moses*, qui meritò *Μωσῆς* dictus est, utpotè, qui scripserit *de Rerum primordiis*, quique *Trojanum* bellum ætate præcessit, & *Sidonius* credi potuit ab iis, qui patriam ipsius ignorabant; vel quod in hac potissimum Urbe propagata fortassè fuerit ipsius doctrina, multique eam amplexi sint; vel propter *Judea* viciniam: nonnumquam enim cum *Phenicibus* Judæos confundi certum est.

Da-

Dares.

EX *Phrygia* oriundus. Hunc antè *Homerum* scripsisse *Iliada*, tradit *Ælianus de Var. Hist. L. 8. & 13.* quam usque ad suam ætatem extare dixit; quamque latinè conversam, inter Scripta *Diodori Siculi* *Pererius* in *Dan.* vidit: sed *Eruditis cordatioribus*, non satis exploratum est.

Heldad, & Medad.

MOyſis ex Patre germani fratres, quos *Amram* ex alia genuit uxore, apud Authorem *Hebr. Tradit.* Prophetæ in Castris *Israel* insignes. Eorum *Vaticinia* unico Libro circumferuntur, ex quo *Hermas* *Pauli* discipulus, in primo Libro *Pastoris* multa desumpsit, quem inter apocryphos Author *Synopsis* *Athanasio* adscriptæ meritò enumerat.

Jaunes, & Mambres.

APud *Ægyptios*, *Moyſis* ætate, in *Magia* famosi, adeò præpotentes, apud *Numenium Apameum*, ut *Mosi* *Judæorum* Duci, Deo conjunctissimo soli resistere posse à cunctis *Ægyptiis* judicati sint; quemadmodum & *Paulus* in posteriori ad *Timotheum* Epistola satis insinuat. Eorum nomine *Librum*, quem magni fecit *Antiquitas*, *Gelasius* in *Decret. dist. 15.* inter apocryphos assignat.

Mer-

Mercurius Trismegistus.

GRecè *Hermes*, Ægyptiis verò *Thoth*, Osiridis Con-
 filiarus, & Scriba, ex Diodoro, L. 1. *Trismegistus*
 dictus, hoc est ter maximus, Philosophia, Sacerdotio,
 & Regno, ex Gyrald. in *Dialog. 11. de Poet. Hist. Moysi*
 synchronus; imò cum *Mose* idem adjudicatus, apud Na-
 talem, *Hist. Eccl. V. T. De universa Ægyptiorum Sapien-*
tia Mercurium Libros triginta sex millia, & quingentos
viginti quinque, Jamblicus, in L. de Myst. Ægypt. scripsis-
 se affirmat, in quibus *de Diis omnibus*, apud Seleucum,
 & Menetem recensetur *Historia* idiomate *ægyptio*, græcè
 postmodum translata à *Vitis* non imperitis. Ex iis, *Cle-*
mentis ætate, apud Ægyptios, prout ipse commemorat
 in *6. Strom.* universam Ægyptiorum Philosophiam *Lib. 33.*
comprehensam, Medicinam Lib. 6. De Sacerdotalibus 10.
De Astrologia 4. existisse. Nunc verò duo Dialogi dumtaxat
leguntur, Pimander, & Asclepius, in quibus admira-
biliter de Deo: de Trinitate: de Christi Adventu: de ultimo
Judicio Oracula pandit. Quos ex Causabon. Exerc. 1. So-
nichristiani merum figmentum certò supponit. Quod
 demum *Mercurius* ex *Urina* duodecies ex quodam Ani-
 mali *Serapi* dicato facta, diem in 12. horas dividi con-
 jecisset, id nobis *Polydorus Virgilius, de Rer. Invent.*
L. 2. c. 5. venditavit.

Cadmus.

ORigine *Phœnix*, quem *Agænoris* Phœnicum Regis
 filium fuisse, Europæque fratrem, scribunt *Apollodorus*,
 L. 2. & *Diodorus Siculus*, L. 4. *vel Sidonii Ro-*
 gis coquum alii dixerè. Flor. ann. M. 2606. qui ex *Cur-*

D

tio,

tio, L. 4. Tyriis primus, aut docuit *Literas*, aut didicit. Hinc, ex Clem. Alex. L. 1. *Strom.* Græcis literarum inventor vocatur, apud *Euphorum*. Unde Zenodotus, apud Laertium *de Zenon.*

Si Patria es Phœnix, quid tum? Fuit hac quoque Cadmo Patria, qui Græcis prima elementa dedit.

Literas tamen has in ipsa *Phœnice* minimè natas, nec *Cadmm* principem habuisse, docent *Diodorus Siculus*, L. 5. & *Plinius*, L. 7. c. 56. Sed à *Syris*, vel *Assyriis* ad *Phœnices* potius pervenisse volunt. *Syrorum* autem nomine *Hebraos* significari, affirmat *Eusebius*, L. 10. *Præp. Evang.* 6. 5.

Æsculapius.

DUOS *Æsculapios* habemus ex *Historicis*, ob *Medicina* peritiam commendatos: *Egyptium* unum, qui fuit *Tosorthrus* Rex *Memphiticus*: *Græcum* alterum, *Ægyptio* quàm longissimè recentior. Nam *Clemens Alex.* L. 5. *Strom.* primi apotheosim conjicit in ann. 63. ante *Trojæ* excidium; & ex *Apollonio Rhodio* eundem cum *Jasone* navigasse; ac proindè longè post *Ilii* stragem *Græcum* natum *Ægyptio* fuisse posterior. Hinc quo ad *Medicina* inventionem, sive ejusdem *Monumenta*, (si fortè talia extiterint) quisnam ex iis *Medicorum* parens nominandus, ambigitur ab *Eruditis*.

Stesicarus.

IN *Magna Græcia*, nunc *Calabria*, circà ann. M. 2443. Poeta clarus extitit. In *Geolia* Urbe, vulgò *Giojar*, olim *Metauria*, ab *Anne Metauro* navigabili, *Orestis* expiatione famoso eam ad labente, apud nostram *Pantopolo-*

*logiam Calabram, V. Geolia, natalem habuit. Hic primus Chorum ad Cytharæ cantum constituit, propterea Stesichorus nominatus, Heroumq; res epicè canendo, in cujus ore, Plinio teste, L. 10. Luscinia armonicum quid faciendo, mirabilis auspicio, summum eum Pærum futuram, præmonstravit. Præter cætera, Helena turpitudinem accipit, propter quam Ilii excidium, undè excecatus, Pælynodiam, ut dicitur, detraxit. Contra id, quod per Dionem Chrysoftomum, Aristidemque Rhetorem habemus, qui non Paris rapta, sed nuptiis, Menelao expulso, stragem istam, à Græcis factam, tribuere. Phalaridis tyrannidem plurimum versibus exagitavit; sed immeritò apud Joan. Tæzam in *Chiliadis*; talis ille Princeps optimus à Vato fictus, quia justus. Demum senecta cum suis in *Himera* Siciliæ oppidum transmigrando, obiit; quo tempore, incertum.*

Linos

ANNO M. 2606. apud Veteres *Orphei, & Herculis* præceptor fuit. Musicus, Poeta, Citharedus, sui ævi nulli secundus. Inter Sapientes princeps, apud *Celsum* ex *Origene*, L. 1. *contr. Celsi*. Plura concinnavit de *Mundi origine*, de *Plantarum, Animaliumque genitura* versibus, apud *Laertium* in *Proim.*, *Doctrina Mosaica* plurimum imbutis, apud *Eusebium*, L. 13. *Præp. Evang. c. 12.* hisce versibus:

Septima jamque dies, qua cuncta exacta, rabebas.

Omne leta dies est septima, septima rerum

Ortus, & eximias inter perfecta coruscat.

Sed non pauci Eruditi hos *Lino* abjudicant; imò nullos eum scripsisse censet maximè *Pausanias*, in *Bæot. & Arcad.* *Huvertius*, nullum unquam fuisse existimat; nisi velimus

limus illum cum *Mose* confundere .

Orpheus .

GEdconis tempestate, & antè *Trojanum* bellum floruisse dicitur . Ex *Thracia* oriundus , prorsus distinctus ab alio ejusdem nominis *Crotoniata* , qui *Argonautica* scripsit : De *Thrace* etenim sic *Horatius* , in *Art. Poet.*

*Sylvestres homines Sacer, interpretque Deorum ,
Cedibus, & vitæ fado deterruit Orpheus .*

Dictus ob hoc lenire Tigres, rapidosque Leones .

Inter *Poetas* princeps , & antiquissimus . Multa de *Diis* instituit : plurimum *Græciam* suis *Dogmatibus* labefactavit . De quo præ cæteris, *Ovidius* cæcinit :

*Ille etiam Thracum populis fuit author amoris
In teneros vertisse mares .*

Quæ *Orphei* nomine ferunt *Carmina* veluti *Orphica*, à *Suida* laudata, *Viris* eruditis conficta videntur, & ex *Sacrorum Codicum*, apud *Natalem Hist. Eccl. V. T.* segminibus à veteribus *Christianis* consuta, & interpolata . Falsè ejusdem *Argonautica* tribuuntur, jam *Orpheo Crotoniata*, qui floruit tempore *Pisistrati*, apud *Suidam*, restituta . *Hymni*, & *Liber de Lapidibus preciosis*, sunt *Onomacriti*, ex *Tatiano*, *Orat. contr. Gens.* Undè ex *Aristotile*, & *Tullio*, *L. I. de nat. Deor.* *Orpheum Poetam* nunquam fuisse , docent peritiores ; vel pro *Mose* personato habuere . Demum à *Bachantibus* (ut dicitur) dilaniatus, juxtà *Ebrum* periit .

Musæus .

Orphei discipulus, apud *Veteres*. *Musices*, *Lyrice*que *Poesios* sui ævi princeps . *Theogoniam*, & *Spheram* pri-

primus docuit; & ex uno prodire cuncta, atque in idque
 resolvi, affirmavit, apud Laertium, in *Proem.* Sub *Musæi*
 nomine *Oracula* pandit *Onomacritus*, ex Herodoto, L. 7.
 c. 6. Sed quia de ejus patria, ætate, parentibus magnum
 legitur discrimen inter *Historicos*; dum alii eum *Thracom*,
 alii *Thebanum*, *Eleusinum* alii: alii *Antiphemi*, alii *Eune*,
 alii *Thamyra*, alii *Orphei* filium constringunt: alii *Orphei*
 magistrum, alii discipulum dicunt: nec paucitum *Mose*
 confundunt, ex *Arripano*, apud Euseb. L. 9. *Præp. Evang.*
 nullum *Musæum* fuisse, sed nomen penitus *fabulosum*,
 atque *confictum*, *verisimillimum* putant.

Timethas

L *Aomedontis* nepos, *Orphei* tempestate floruit. Cele-
 bris in sua *Navigatione* *Oceanum* versus, ubi *Bachi*
Insula, in qua educatus fuerat perspecta, in ejus hono-
 rem *Pœma*, *Phrygia* dictum, *concinnavit*, antiquo idio-
 mate *exaratum*; sed *judicent* *peritiores*.

Patefatus

P *Pœta Atheniensis*, inter antiquos *celebris*. *Multi* *Op-*
era scripsisse fertur, & præsertim *de Rebus impassibili-*
bus, ab antiquitate *Historicorum* plurimum citatis; sed
 inter *incredibilia* numeranda, non ambigitur ab *Erud-*
itis.

David

I *Sai* filius *Bethlemita*, ex *ductore ovium* *Rex* inaugura-
 tus, laboribus, ærumnisque *comitantibus*, *Coronam*
 promeruit. Ad ann. *M. 2949.* & ante *Ær. vulg.* 1059.
 Vir

Vir Propheta, Sapientia, Poesi, Ethica, & Naturali Philosophia eminentissimus. Pietate in Deum, justitia in subditos, moderamine in hostes, omni laude maximus. Plura concinnavit *metro*, & *prosa*; sed præsertim *Psalmarum* num. 150. extitit Auctor. Extrâ verò præfatum numerum, *Psalms* quidam brevis, ejus nomine legitur, sed *apocryphus* æstimatur à Bellarmino, ex *Concil. Laodiceo. & Trident.*

Salomon.

ANno M. 2960. & antè Ær. vulg. 1015. Davidis filius, Regum clarissimus longè cunctis laudi fuit, & miraculo. Sapientia, divitiis, & felicitate, nulli secundus. Sed *Salomoni* Salomone quid dissimilius? qui sapientiam cum dementia, cœlestem adolescentiam cum senectute nequissima, gloriam primam cum postremo dedecore complectens, mirabili antihitesi, Urbi exemplar extitit, & Orbi? Innumera scripsit in omnium *Scibilibus* genere eximia, si *Josepho* sit danda fides. Non pauca dubiæ fidei, & à veritate aliena eidem abjudicantur ab Eruditis. Et sunt. *Liber Exorcismorum*, sive *Conjuratiouum* ad malos Dæmones effugandos, apud eundem L. 8. *Antiq.* & Origenem in *Matth. 35.* *Epistola enigmatica* ad Hyramum Tyriorum Regem, & *Hyrami* ad Salomonem. Aliæ *Epistola* ad Vaphram Ægypti Principem, & ad *Suronem* Phœnicie Regem, apud *Eupolemam*, quas confictas ex ipsamet lectione apparere satis docent Periti. *De Umbris Idearum*, apud Ciccum Esculanum, ad explicanda Magicæ impietatis *Mysteria*. Volumen *Imprecationum*, ad ægritudinem quamlibet depellendam. *Liber Sapientie*, toto Cœlo diversus ab alio, quem in *Canone* legimus, secretiori lingua compositus.

Cl-

Clavicula Salomonis, quam non pauci *Imposiores* superstitionibus plenam, atque vaneficiis, incautis venditant. *Codex Contradictionis*, Salomoni adscriptus, aliaque, quæ ex Decreto Gelassii, ac Eruditorum præsertim Recentiorum, ut apocrypha refelluntur cum ejusdem *Canticis*, & *Psalms*, apud Authorem *Synopsis*.

Horus.

Gente *Ægyptius*, claruit antè *Homerum*, ex Tatiano, Plinio, & Dione Chrysostomo. Duo *Monumenta* ejus nomine leguntur *de Hieroglyphicis*; sed Græco recentiori adjudicantur ab Eruditis.

Isatides.

Mulier *Ægyptia*, floruit ante *Homerum*, ex *Tatiano*; sed hanc confundunt cum *Iside* Eruditi, quæ ab *Hermete* edocta, plures *Hymnos* concinnavit ex *Platone*, L. 2. *Leg.*

Philammon.

Natione *Græcus*, Poeta sublimis, claruit antè *Homerum* apud *Veteres*. Primus, qui in *Templo Delphico Musica Chorum* instituit, & *Cantica* multa *Apollini* dicavit. Sed de his, & aliis ante *Bellum Trojanum* nil certi habemus apud *Eruditos*.

Olympius.

Misa oriundus, *Marsia* discipulus, claruit antè *Ilii* excidium. Huic adscribuntur *Cantica* quædam,
Ele-

Elegia, & *Hymni* in Deorum honorem . Ast , quia antè *Trojanum* bellum concinnata *Monumensæ* , fabulosa existimantur , ex *Plutarcho* , in *L. Musæ* .

Terpandrus .

L *Esbius* Musicus , claruit antè *Bellum Trojanum* . *Elegiarum* inventor , ac *septima Chorda Lyra* ; de hoc , & similibus judicent alii .

Regina Saba .

S *Alomonis* tempestate clara , *Nicaulen* dicta , ejusdem Principis fama excita , ex *Arabia felici Hierosolymam* advenit ; de qua hæc fabella à *Cedreno* recitatur . *Regina Saba* (ut dicit) quæ à Græcis *Sibylla* dicta fuit , audita ejus fama (*Salomonis*) *Hierosolymam* petiit , ut proposita quæstione , de *Sapientia* ejus periculum faceret . Postquàm coram *Salomone* est , quæ voluit locuta , isque ea omnia sermone composito , & elegantissima interpretatione dissoluit . Denuò cum sic tentavit . Formosos *pueros* , & formosas *puellas* eodem vestitu , & ornatu instructos coram eo constituit , petiitque , ut inter *Sexum* internosceret . *Rex* , omnes lavare faciem jussit , sicque discrimen sexus deprehendit , cum *Mares* fortiter , atque valdè facies tergerent ; *Femella* teneriter , timidèque . Sed multò magis fabulam olet , quod *Petrus Comestor* memorat : *Reginam Sabam* nimirum rescripsisse *Salomoni* , quod ei coram indicare timuit , se vidisse in *Domo Saltus Lignum* quoddam , in quo suspendendus erat quidam , pro cujus morte *Regnum Judaorum* periret , & certis indiciis illud *Regi* indicavit . Quod timens *Salomon* , in profundissimis terræ visceribus occultavit ; cujus virtute aqua mota sanavit

navit ægrotos , in *Probatice* scilicet *Piscina*. Hactenus *Comestor*. Undè, nedum id non authenticum (ut dicit) sed *Commentum* esse ineptissimum , docet *Natalis in Hist. Eccl. V. T.* unà cum *Conceptu* ejusdem *Saba* habito ex *Salomone*.

Pronapidus.

Homeri præceptor , qui *Orphei*, & *Lini* exemplo *Pœma* concinnavit de *Universi formatione*; quod pariter inter dubia collocamus.

Cleophilus.

EX *Samo*, Homeri hospes, & magister, scripsisse fertur *Troja Historiam* antè *Homerum*. Sed hic numerandus cum *Phaenni*, *Sisipho*, *Corinno*, *Darete*, *Ditto Cretensi*, *Siagro*, ~~*Hebena*~~, ~~*Mufci filio*~~, ~~*Dalemado*~~, ~~*Peride*~~, *Arotino*, *Demodoco*, *Fenio*, & aliis, qui talia scripsere pariter antè *Homerum*, & nihilominus inter fabulosos enumerantur ab *Eustachio*.

Melisander.

T*Rasevianus*, Poeta nobilis antè *Homerum*, ex *Eliano*, celebris in sua *Historia Lapithorum*, contra *Centavros*, quæ non minor , quàm aliæ præfatæ , inter fabulas collocanda putatur.

Histaspes.

Magus *Perfa*, qui claruit , ut dicitur , antè *Homerum*. Celebris in sua *Peregrinatione* apud *Indos*, & *Bra-*

Brahmanos, à quibus multa didicit, suisque *Operibus* confarcinavit; quæ tametsi citentur à nonnullis PP. & *Historicis*, nihilominus ejus *Opera* inter fabellas meritò enumerantur.

Homerus.

AD ann. M. 3039. ex *Buffier, Flosc. Hist.* natus est; Poetarum princeps, imò *Scibiliam* omnium fons, & origo. De eo septem Urbes decertarunt, ut suum facerent, sed *Smyrna* palmam obtinuit. Vixit ann. 104. Culpandus verò, quòd eò dementiæ, impietatisque processerit, ut & *Deorum* numerum auxerit, iisdemque *scelera* cuncta tribuerit. Multa ex *Orpheo* deprompsisse dicitur apud *Clem. Alex. Strom. L. 6.*, ac suarum *Iliadum* argumenta ex *Libris Corinni Poetæ Epici*, qui *Belli Trojani* tempestate primus *Iliadem* scripsit, eum compilasse, docuit *Suidas in voce Corinn.* De suo Equo *Trojæ* devastatore, militibus prægnante, nil aliud intelligunt *Plinius, & Pausanias*, quàm geometricam quandam *Machinam Arieti* similem, Arcis mænia cedentem.

Thamiris.

P*Hilammonis* filia, in Poesi celeberrima, apud *Homerum* scripsisse fertur *Cosmogoniam*, ac *Historicum Poema* de *Bello Titanico* contra *Deos*. De horum *Operum* certitudine dubitant *Eruditi*.

Pisander.

C*Amiræus*, ante *Hesiodum* clarus extitit; & si *Suidas in Olymp. 33.* illum reponat. Scripsisse dicitur *Herculis*

entis Gesa, hoc titulo Heracleades. Sed videant Peritiores

Pherecydes .

Gente *Syrus*, Pythagoræ Præceptor. Plura scripsit; sed non pauca ex *Mosis Historia* mutuatus est. Præ aliis, Dæmones è Coelo fuisse à Jove deturbatos, quorum Princeps (qui Evam seduxit) dictus sit *Ophiancus*, idest Serpentinus. Ex Lud. Viv. de Civ. Dei. Obiit Serpentinus laceratus, ex *Plin. L. 7. Ann. M. 350a.*

Hesiodus .

EAdem, qua claruit tempestate *Homerus*, *Hesiodum* floruisse, docent Periti. Poeta, carminum dulcedine memorabilis apud *Paterculum*. Sæ interemptionis vindices Feras habuit, *Delphinum*, & *Canem*. A primo è pelago ad littus projectum cadaver extrahitur: ab altero reperti Sicarii indicio mirabiliter vindicatur. *Ascrens* dictus, quia in *Ascra* *Beotii* habuit natalem; ac somnians Poeta est inauguratus, cujus Carmina in plumbeis Tabulis adhuc *Pansania* ætate in *Musarum* Templo, cujus ipse Sacerdos erat, legebantur. De sua *Theogonia*, si symbolicè locutus fuerit, optimè meritis, sin aliter, impius existimandus, cum *Gnosticis* ansam præbuerit imitandi absurdissima ejusdem *Secula*. Multa tamen ex *Musæo* deprompsisse dicitur, teste *Clem. Alex. L. 6. Strom.* De ejus mortis tempore non liquet.

Elias Propbeta

S*Abacha*, vel *Achimi* Summi Sacerdotis, & ex Materno genere Stirpis Regalis *Gad Bassamethen* *Salomonis*

E 2

Re-

Regis filia filius, Summus, & Magnus Sacerdos, ex Cyrill. Hierof. *Catech.* 3. & Isidoro, de PP. V. T. Miraculorum patrator illustris, *Carmelo*, & Orbi maximè claruit. Qui post reformatam Prophetarum Congregationem à *Samuele* institutam, *Carmelitis* eodem in Monte nomen, & omen dedit, ad ann. M. 3123. ex *Hist. Proph. & Theatr. Rom. Canoniz. S. Andr. Episc. Fesul.* nec non, & ex nostro *Eliadum Apparatu V. Elias*. Qui receptus in turbine ignis, in Curru Equorum igneorum, scriptus est in iudiciis temporum lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filium, & restituere Tribus Jacob, *Eccles. c. 48.* Hinc *Elias* ipse, ex *Tertulliano, L. de Anim. c. 35.* non ex decessione vitæ, sed ex translatione venturus est: nec corpori restituendus, de quo non est exemptus; sed Mundo reddendus, de quo est translatus: non ex postliminio vitæ, sed ex supplemento prophetiæ, idem & ipse, & sui nominis, & sui hominis; ut unà cum *Enocho*, ex eodem *Tertulliano c. 50.* moriturus reservaretur ad *Antichristum* proprio cruore extinguendum. *Librum apocryphum, Elia* nomine, qui *Ascensio*, vel *Assumptio*, vel *Apocalypsis*, vel *Secreta Elia* inscribitur, de quo *Paulus*, ut *Origenes* insinuat, testimonium accepit: *quod oculus non vidit, &c.* Item, & *Traditionem* quamdam, de *Mundi interitu* futuro, anno *sex millesimo* ab ejusdem molitione, hisce sanè verbis ex *Hebraico* idiomate translatis, nimirum: *Sex millia annorum erit Mundus, & iterum destruetur: duo millia inanitatis: duo millia Legis: duo millia dierum Messia;* inter apocryphos cum PP. computamus.

Isaias Propheta.

A Nno M. 3190. regio sanguine cretus, qui tempestate impii *Acafi*, vaticinii laude suprâ cæteros claruit,

ruit, Spiritu, & eloquentia insignis fuit. Christi futuri sic *Mysteria* pandit, ut potius *Evangelista*, quàm *Propheta* meritò prædicatur. Sub ejus nomine Hæretici *Librum* commenti sunt, quem *Ascensum* dixere, apud Epiphanium in 2. *Panar.* in quo, præter alia figmenta, *Melchisedechum* pro *Spiritu Sancto* confingunt: quo testimonio non pauca *Eusitania* mulierculæ deceptæ fuere; adeoque ut impius repellendus à PP. Quod verò apud R. *Mosem Kimchi*, *Isaiam*, in *Libro Viarum Lingua Sanctæ*, *Librum Proverbiorum: Ecclesiasticen*, & *Cantica Canticorum*, quæ Salomoni ab Ecclesia tribuuntur, scripsisse annotatur, apocryphis suppositio est adjudicanda.

Ctesias Guidus.

NAtione *Græcus*, clar. ad ann. M. 3493. In expeditione contra *Artaxersem*, Cyri socius, & captivus: professione *Medicus*. & in *Perside* ipsiusmet *Artaxerxis* familiaris, & charus. *Historiam generalem de Assyriis, Indis, Medis, & Persis* composuit, cujus fragmentum habemus apud *Photium*, & *Diodorum Siculum*, in qua Auctor ipse fidei modicæ, & veritatis reputatur.

Artapanus.

Gente *Syrus*. Plura scripsit, sed plurimum ineptæ, mendaciisque referta: Inter cætera *Mosem*, *Ægyptiis* Sacerdotibus primum *Literas* tradidisse, docuit, propterea ab iis *Mercurius* nominatus; cum potius *Mosem* puerulum omni *Ægyptiorum* Sapiencia fuisse eruditum, s. *Literæ* tradant.

Bel-

Beleſis .

C*Haldæus* gente, ut creditur, apud Diodorum Siculum, L. I. Astrologiæ peritus, & futurorum præſcius inſignis extitiſſe dicitur. Hunc Eruditi aliquot cum *Danielo* Propheta confundunt; ſed utriuſque ætas repugnat longo intervallo diſſita, ex *Huvelio*.

Onomacrius .

Poeta *Athenienſis*, flor. *Olymp.* 50. *Ejus* Poemata *Orpheo* adſcribuntur, ex *Clem. Alex. L. I. Str.*

Draco .

A*thenienſium* Legislator, quibus *Leges*, non atramento, ſed ſanguine ſcripſiſſe dicitur. Floruit *Olymp.* 39. Ex *Plutarcho* is legem *de Homicidiis* ad Inanimata, & ad Pecudes extendebat; quod ex *Mofaica* lege *de Bove Cornueta* ſumptum eſſe, refert *Natalis, Hiſt. Eccl. T. 2.*

Tobias junior .

Tobiæ majoris, & *Annæ* filius, ad ann. M. 3283. & ante *Ær. vulg.* 713. quem cum parentibus, & fratribus, capta *Samaria* per *Salmanafarem* *Aſſyriorum* Regem, is captivum *Niniven* deduxit, ubi adhuc anniculus in vinculis, ærumniſque ſuorum tragediam inſpexit, ac per adverſa tentatus plurima, viſu patri reſtituto, pecuniæ aucta, in *Angeli* tutela, non pauca à *Deo* in calamitatum mercedem accepit. Huic à *Maleficis* Liber adſcribitur *Excantationibus*, *Magiſque* *Imaginibus* plenus, quo

quo *Tobias* Tobiae filius, Dæmones à Coniuge *Sara* fingitur abegisse; quique meritò ab Ecclesia rejectus, inter Scripturas impietatis enumeratur.

Hieremias Propheta.

EX Viculo *Anathot*, Helchiae Sacerdotis M. filius, circa ann. M. 3337. luctuosissimae calamitatis Judaicae gentis, restis extitit & praeco. Principum redargutor, & populi, à quibus inter flagra, compedes, & clades maceratus, ob verbum Dei, in Aegypto lapidibus est appetitus à suis. Fertur ejus nomine *Volumen* quoddam profus apocryphum, ex quo, ut *Origenes* putat, Vaticinium illud: *Appenderunt mercedem meam triginta argenteis* (quo pariter usi sunt *Nazarei*) sumptum existimat à *Matthaeo* 27. 9. apud Hieronymum in eodem Evangelistae *Contextu*.

Sophonias Propheta.

EX *Sarabatha*, Chusi filius, & *Ezechiae* ab nepos, *Hieremiae* Prophetae Synchronus, sub *Josiae* Regis Judae tempestate, sua *Prophetia* de devastatione Regni *Judeorum* maximè illustris extitit. *Librum* ejus nomine, cui titulus *Assumptio*, inter impias Scripturas in sua *Synopsi* Author recenset.

Daniel Propheta.

DE Tribu *Juda*, Vir regio sanguine ortus, ad ann. M. 3398. Spiritu Sapientiae, & Prophetiae supereminens fuit. Praeter *Christi* venturi *Oracula*, multa perspicue de *quatuor Monarchiis* Vaticinia pandit. In *Chaldea*

dea captivus, ipsiusmet Regis Nabuchodonosoris, filiorumque, sua Sapia, extitit moderator, & princeps. Sub eius nomine *Somnialia*, in quibus superstitiosa *somniorum* interpretatio recensetur apud *Artemidorum*, ut pseudopigrapha ab Ecclesia rejiciuntur.

Abacuch Propheta.

EX Tribu *Simeon*, in agro *Bezochas* natus, sua *Vaticinia* contra *Babylonem*, *Affyriosque* deprompsit, ubi tandem gloriosus meritis obiit. ann. M. 3416. Præter Canonica *Oracula* divinitus exarata, eidem apocryphum *Volumen* ab Authore *Synopsis* abjudicatur, in quo *Prophetia* quædam abscondita continetur, quam pariter *Ephanius*, in ejus *Vita* commemorat.

Ezechiel Propheta.

ANno M. 3420. filius *Buzi* Sacerdotis, Terra *Sarera* oriundus, *Prophetia mysteriis* plena, nulli secundus fuit, idèdque apud *Veteres* cum *Pythago* confusus. Post *Nabuchodonosoris* devastationem, cum suis captivus factus, juxtà fluvium *Chobar*, ex mirabili quadripartiti *Monstri* apparitione, pro *Numinis* vindicta suprâ *Israelitas* *Oracula* promulgavit. Præter hæc, ut in *Canone*, ejus nomine *Vaticiniorum Volumen* citatur ab Authore *Synopsis* ut apocryphum; an verò idem cum præcitato à *Jesepho* in sua *Antiq. Jud.* incertum.

Pythagoras.

IN *Samo* *Calabriæ*, olim *Magne Græciæ* Urbe, ditionis *Locrensis*, sexagesimam inter, & septuagesimam Olym-

Olympiadem natus est, Plutarcho testibus, Aristarcho, Aristoxeno, Theopompo, à *Theodoreto* citatis. Ætate *Thalere* posterior, ex *Pererio*, de *Antiq. Philos.* L. 4. sed claritate nominis, doctrinæ, ac sapientiæ fama, discipulorumque multitudine, atque nobilitate, non prioribus modò Philosophis longè præstitit, sed posteriorum etiam summis, vel major, vel par fuit, inferior certè nullo. *Italica* Scholæ apud *Crotoniatas* antesignanus, & princeps; cui *Oraculi* jussu apud *Plutarchum*, Sapientissimo veluti Viro, æneam *Statuam* in Foro, *Romani* posuere: quemque sub nomine *Brahama* (ex quo *Brahamani*) apud *Indos*, veluti *Numen*, tota illa in *Plaga* colunt, teste *Petro de Valle*, *Tom. 4.* Plura scripsisse dicitur, apud *Laertium*, & *Valer. Max.* innumerabilia apud *Stobæum* (quicquid dicat *Plinius*, L. 13. *Nat. Hist.* de ejus *Pythagorica Philosophia* in *Numæ Arca* asservata, & à *Q. Petilio Prætor* combusta) *Celebris* in sua *Animarum transmigratione* varia in *Corpora Brutorum, fructuum, cæterorumque* non pauca prælibaverit, cujus *Monumentum* *Pythagoræ* nomine, hætenus apud *Indos* legitur, ex *Petro de Valle* laudato, ac *Ægyptiis* transmissum, teste adhuc *Philostrato*, in *Vit. Apollon.* L. 3. c. 6. quasi ab *Indis* *Ægyptii* doctrinam hanc usurpaverint, *Brahamanorum* fabulis adjuvandum, docent *Periti*. Moritur tandem in *Milonis* domo conflagratus (& si veluti *Numini* *Templa*, *Statuasque* eidem *Crotoniata* erexerint) *furore*, vel *invidia*: utrumque probabile. De quo *Ovid.* 15. *Met.*

*Mente Deos adiit, & que Natura negabat
Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit.*

Anacreon.

EX *Samio*, Poeta Lyricus, qui totam suam *Poesim* ebrietatis, luxuriæque laudibus, & mentione contexuit, ex Athenæo, *Deipn.* L. 10. Floruit *Pythagora* tempestate. Acino suffocatus obiit.

Chærilus.

Poeta *Samius*, prorsus ab alio *Atheniensi* discretus; flor. *Olymp.* 94. Hic victoriam à Græcis de *Xerse* reportatam incultis versibus, & malè natis concinnavit, apud *Horatium*, L. 11. *Epist.* 1.

Ocellus Lucanus.

IN *Lucania* natalem habuit; quo verò tempore floruerit, non satis liquet. Id dumtaxat certum, quod *Pythagora* auditor fuerit, ex *Lipso*, *Manud. ad Stoic. Phil.* L. 1. *diff.* 6. De *Universi Natura*, eleganter sermone *Attico* scripsit, ex quo *Plato*, *Aristotiles*, atque *Philo* non pauca sumpsere. Mundum *ingenitum*, neque *interiturum* acerrimè propugnavit, aliaque apud *Laertium* scripsit. De *Universi Natura*, multi dubitarunt, num *Ocelli* factus extiterit, sed non ità consideratè ex *Barth. Aduers.* L. 42. c. 1. Laudatum *Monimentum*, quod *Nogorola* transtulit, elegantissimè edidit *Thom. Gale*, ann. *Chr.* 1670.

Theognis.

Poeta *Megarensis*, non quidem *Siculus*, sed *Atticus*, clar. ann. ante *Christ. nat.* 538. In *Gnomis* suis, &
Ele-

Elegiis insignis, cum hac differentia ; quod *Gnemologica*, puram *Ethicam* olent, & in reformandis moribus consona : non sic *Elegiaca*, omni ex parte *flagitia* spirantia . Hic, præ cæteris *Ethnicis*, *vindictam* sumendam de hostibus propugnat, à christiana mansuetudine prorsus aliena, ex *Verder. Cens. in Ant.*

Amphion.

Thebanus, ut creditur, plurimum *Operum* Scriptor, apud Antiquos . Claruisse fertur, nedum antè *Trojanum* bellum, sed *Thebanum* ; sed de iis *Monumentis*, *Historiæ* silent .

Esdras.

Saraje Sum. Pontif. filius, Sacerdos, ac *Mosaicæ* *Legis* *Scriba* doctissimus, nec non à *Artaxerxis* *Persarum* *Regis* *Pincerna* nobilis . Circà ann. *M. 342* i. & antè *Æt. vulg. 599*. Qui soluta captivitate *Judæorum* per *Cyrum* *Rogem* *Persarum*, *Hierosolymam* cum suis post aliquod tempus reversus est, ubi *Instrumentum* *Judaica* *Literatura* restauravit, & auxit, à mendis repurgavit, & dissipatum in unum collegit, *Ritumque*, & *Politium* penitus delatam restituit, ampliavitque . Præter *primum* *Librum* suo nomine exaratum, & fortasse *secundum*, cujus pariter *Nehemiam* Critici plures volunt Authorem ; *tertium*, & *quartum*, utpotè multis fabellis refertos, ut apocryphos Eruditi rejiciunt. An saltem agnoscant *Esdras* authorem *Punctorum* *vocalium*, *Accentuum*, vel *Masora* ? Communis sententia *Peritorum* *Masorethis* *Tibaridien-sibus*, talem adjudicat inventionem . Sed quid dicendum de *Cabbala*, seu de *Lege non scripta*, & *Orali* ? Si de *Cab-*

la myſtica, & ſpirituali, ſivè *anagogica* intelligatur, non ambigendum cum Eruditis, *Moyſi*, & *Eſdra* eandem poſſe adſcribi, ſecùs de *Arithmetica*, & ſuperſtitioſa, innumeris vanitatibus, & falſitatibus cumulata, quæ *Necromantiam* olet, cujus virtute, & ope, *Chriſtum* Dominum miracula patraſſe, *Impii* blaſphemant; meritòque *ex Decret. SS. Inquiſ.* exploſa. Demum, nedum inter apocryphas, & damnatas Scripturas repellimus *Librum* ejus nomine, talique titulo inſcriptum: *Somnium*, & *Vaticinium de factis Monarchia Romana*, certè ab Hæreticis confictum, ut docet Sixtus Senenſis, *in Bibl. S.* & nos fuſius in noſtris *Congreſſibus Academicis, Tom.6.* elucidavimus; ſed igne cremandum eſſe, judicamus.

Eupolemus.

Antiquus Scriptor flor. apud Euseb. *Prep. Evang. 9. c. 4.* Abrahamum bonas Diſciplinās *Ægyptios* docuiſſe ſtatuit, contrà id, quod dixerat *Jamblicus*, qui has *Mercurio Trismegistro* tribuit, *Seleuco* ſentientibus, & *Meneco*. Et fanè: nam ſi *Trismegistus* *Moyſis* ætate præluſerit, ſupponitur jam ex S. Literis, *Ægyptios* Sapientia fuiſſe eruditos antè *Mercurium*. Veriſimilius ergò videtur, illas cum *Literis* ab *Iſide*, Diluvii *Ogygis* ævo, *Ægyptiis* datas fuiſſe; juxtà *M. Varronis* opinionem, augmentumque ſumpſiſſe per *Jacobum*, & *Joſephum* filium, qui 80. ann. *Ægypto* præfuit, ac Principes, Senesque cunctos erudit. *Ex Pſal. 104.*

Philistion.

Locrenſis Medicus, in *Calabria* ſuperiori claruit, *Artaxeris Ochi* tempeſtate. Opus ſcripſit inſigne de
Dic-

Dieta, quod falsò Hippocrati à Sciolis adjudicatur .

Anaxagoras .

Gracus gente , ac *Thaleris* in Schola successor . Contra rationem, & Mathesim, Solem ipsum, non majorem *Peloponeso* fecit, quem Terræ æqualem dixit *Anaximander*: latitudine pedali *Heraclitus*, & *Epicurus*, talem esse, quantus apparet. Ex *Plutarch. 2. de plac. Philos. c. 21.*

Polibius .

DE *Choo* Medicus, Hippocratis discipulus, eadem tempestate, qua Hippocrates clarus exitit. Scripsisse dicitur *Opera. duo* insignia, *de Affectibus*, & *de Natura regimine*, quæ nihilominus adhuc Hippocrati adjudicantur ab Eruditis . Hic distinguitur à *Polybio* Historico, in suis *Digressionibus* famoso .

Osthanes .

Natione *Perfa*, Magiæ Doctor, ac Commentator insignis, ex *Plin.* qui ann. M. 1567. *Xersem* Regem, bello, quod Græcis intulit, nefariæ artis femina Græciæ sparsit, & Orbi .

Hippocrates .

Ortu *Chous*, ad ann. M. 3490. Artis Medicæ post *Æsculapium* parens meritò exitit, apud Eruditos cordatiores . Multi ex *Vossio*, *de Philos. p. 84.* tenent, *Hippocratem* haud scripsisse *Aphorismos*, sed recto judicio ab alio ex ejus Operibus exceptos esse arbitrantur. Opus
vero

verò aliud *de Partu septimestri*, ex Cardano Hippocrati datum, *Eurifoni* restituendum fore, affirmant Peritiores.

Evemerus.

M *Essanensis* Historicus, *Deorum Historiam* composuit, quæ tota fabulam olet. Claruit *Alexandri M.* tempestate.

Megasthenes.

Historicus *Græcus*, *Alexandri M.* ætate floruit. Scripsit *Historiam Indicam*, fabulis plenam.

Alexander Macedo.

AD ann. M. 3618. & ante Ær. vulg. 355. nascitur ex Philippo, & Olympia *Molossorum* Regis filia. Ad summas Virtutes, & Vitia natus, cupiditate penè suprâ mortalia incensus, *Jovis* filius credi voluit; imò gloriæ ita cupidus, ut nil medium agnosceret inter obtinendum Orbem, vel contemnendum; de cujus victoriis, atque triumphis silere satius, quàm pauca dicere oportebit. *Literarum* amantissimus, plura scripsit eloquentiæ insignita: Inter quæ fertur fabulosa illa *Epistola* ad Olympiam scripta, ex *Arcanis Ægyptiorum*, ut dicitur, aucupata, in qua, ex Augustino, L. 8. c. 12. *de Civ. Dei*, plurima, tum *Sacris Literis*, tum *Gentium Historiis* impossibilia recitantur. Quapropter ut falsa ab eodem reperitur. Tandem veneno, vel intemperantia moritur, anno ætat. 33. invictus armis, non voluptatibus, atrocino magnus, & prodigalitate.

He-

Hecathæus .

A *Bderita* Historicus, clar. ætate *Alexandri M.* ejusdem Synchronus, & familiaris. Scripsit *Ægypti Historiam*. Pariter ei adjudicatur apud Eusebium, & Josephum *Hebræum Historia Judaica*, in qua de *Abrahamo* multa leguntur; sed Opus alterius *Hecathæi junioris* videtur esse, vel potius *Judæi alicujus*, apud *Erennium Philonem*. Quod quidem præsertim in *Origine Vitis* contradictione convincitur, in *Sap. Can.*

Onofecritus .

N *Atione Græcus*, *Alexandri M.* tempestate claruit. *Diogenis* discipulus, ac *Philosophiæ* non ignarus. *Alexandri* gubernator, non *navarchus*, ex *Arriano*. Mirabilia scripsit de *Alexandro*, ac de *India*; sed ex *Strabone*, L. 15. prorsus fabulosa, & insulsa; & sanè, nam ex eodem, quæ de *Alexandro* aguntur, sæpius miracula pro veritate habentur.

Deimachus .

P *Latea* oriundus, Successorum *Alexandri M.* haud ignobilis vivebat ætate. *Judeorum Historiam* totam fabulis confarcinatam, composuit.

Sophocles .

A *D* ann. M. 3648. patria *Atheniensis*, *Poeta Tragicus*, tanta *Orationis* suavitate, & dulcedine insignitus, ut *Apis*, & *Siren Attica* cognominaretur. Plura concinnavit

navit *Elegiis, Pœanis, Choris, &c.* redimita. *Tragedia* princeps, cujus gravitate, & cothurno, & sono, cæteris multò sublimior dicitur à *Quintiliano*. Nihilominus de ejus *furtis*, *Philostratus Alexandrinus* justum confecit opus, apud *Eusebium*. Post *Euripidem* obiit, quo anno, incertum.

Æschilus.

NAtione *Græcus*, Poeta Miles insignis claruit ad ann. ante Chr. nat. 482. Nonaginta *Tragedias* composuit, *Bachum* potius, quàm *Apollinem* invocando; hinc primus, in quibus *terribilia* personando, præ horrore infantibus non pauci, gravidæque mulieres *Larvarum* illarum aspectu costernatæ corruerunt. Propter quoddam *Drama*, ut lapidaretur, condemnatus ab *Atheniensibus*; liberatur ab *Amyntia* germano, qui fortiter in *Salamina* prælio *Rempublicam* suis vulneribus liberavit. Demum *ænea Statua* insignitus, miserè obiit, dum *Aquila* ex alto *Testudinem* in ejus *calvam* demittendo, confessus periit.

Æsopus.

Circà ann. M. 3489. insignis *Fabularum* Auctor floruisse dicitur. Ex *Thracia* oriundus, vel ut aliis placet, ex *Phrygia*. Propter *Phialam* *Apollinis* ab eo sacrilegè furatam, è Rupe *Phœdria* à *Delphis* præcipitatus fuit. Sed ab *Oraçulo Delphico*, cædis *Sicariorum* vindicatus, ex *Plutarcho*, L. de sev. Num. vind. infamiam extinxit. *Fabularum Æsopi* Auctorem *Æsopum* non fuisse, sed *Hesiodum*, docet *Quintilianus*, L. 5. c. 11.

Zoilus.

Sophista *Amphipolitanus*, *Ptolomeorum* tempestate floruit. Adversus *Isocratem*, *Platonem*, & *Homerum*, superbus, & maledicus Censor, calannum strinxit, adedque *Canis rhetoricus* dictus ab *Æliano*, *Var. Hist. L. 11*. Pauperimus excessit.

Aristeas Proconnesius.

Circà *Olymp. 55*. claruisse fertur. Epico carmine concinnavit *Historiam de Arimaspiis*, monoculis hominibus, contrà *Gryphas* auri custodes continuò pugnantibus. Sed hanc totam fabulis confarcinatum vult *Herodotus*, *L. 4*. Hic præstigiatorum princeps, apud *Strabonem*, *L. 13*. animam suam quoquò ire vellet, aliò commcabat.

Solon.

AD ann. M. 3460. *Olymp. 46*: ann. 3. regnante apud *Judæos Sedekia*, inter septem *Sapientes* unus floruit. Ex *Materno sanguine*, *Codrum Athenarum Regem*, apud *Laertium*, parentem habuit. Magistratum apud *Athenienses* gessit, eisque *Leges* conscripsit, eodem *Laertio* teste. *Legem de Otiosis capite plectendis*, quam ab *Ægypto* à *Solone* advectam, censet *Herodotus*, *L. 11. c. 177*. *Draconi*, non *Soloni* esse restituendam, docent *Peritiores*, ex *Natali*, *Hist. Eccl. V. T.* *Athenis* obiit.

Anaximander Milesius.

ANno M. 3434. Thaletis discipulus, circa Olymp. 58. ann. 1. ex Sócrate, apud Laertium claruit; qui primus *Gnomonem* invenit, eumque *Lacedamone* in loco captandæ umbræ idoneo constituit. *Horoscopia* quoque fabricatus est, quæ *Solstitia*, & *Æquinoctia* ostenderent, ut ex *Favorino* refert Laertius. Quamquam *Horologii*, *Gnomonisque* inventa, non illi, sed *Anaximeni* potiori jure ejus discipulo tribuit Plinius, *Lib. 11. c. 77.*

Euripides.

POeta Tragicus floruit ann. M. 3648. qui prudentiæ, & eloquentiæ laude *Sophocli* palmam contendit, si non prorsus eripuit, ex *Borrich. de Poet. p. 30.* *Tragedias* ejus, *Dialogum*, & *Socratis Colloquia* redolere, ejusque *fictiones*, ut plurimum parum regulares esse, docuit *Tanquillus Faber*, *Vit. Poet. Græc.* Cùm in *Macedonia* apud *Archelaum* Regem consedisset, nocturnè à *Cœna* redeuntem, à *Canibus* per æmulum *Promerum* immisissis, dilaceratum esse, scribit *A. Gellius*, *L. 15. c. 20.*

Metasthenes.

PRorsus commentitius, qui ab *Annia* Viterbiensi fingitur *Rerum Persarum* Scriptor, variarumque mendaciorum in *Chronologia* confarcinator; meritò sugillatus à *Pererio* in *Dan.* Hinc apud *Veteres* de eo altum silentium.

Por-

Porphyriou.

Gente *Græcus*, inter antiquos *Horatii* Commentatores minimè ignobilis, clar. circè ann. M. 4038. Ast quicquid boni in *Commentariis* laudati Authoris legitur ab Eruditis, totum *Commentariis* Acronis debetur, qui inter illustres Commentatores *Horatianos*, & quidem antiquos maximè floruit, apud *Redi* in *Dityramb.*

Lycophon.

A pud *Rhegium Julium* in *Calabria superiori* natalem habuit, post *Alexandri M. obitum*, ut creditur. *Lyci* filius adoptione, Poeta Tragicus, in sua *Alexandra*, sive *Cassandra* præclarus fuit. Abstruso Poemate, *Isacii Tæza* interprete, *Herculis facta: Ilii Catastrophæ: Cassandra Varietia*, usque ad *Alexandri M. facinora* concinnavit, ex nostra *Pantopol. Calabr. V. Rhegium*. Quod postmodum *Aeneas* (uti cæcinit) triginta circiter *Urbes* à fundamentis crexerit, potissimum in *Italia*, falsò convincitur à *Dionysio Alicarnas*, cæterisque *Scriptoribus*.

Herodotus.

Patria *Halicarnassensis*, flor. ad ann. ante Chr. nat. 440. *Historiæ* parens vocatur à *Tullio*, & *Fabularum* pater à *Plutarcho*. Obiit *Thurii* in *Calabria inferiori*, ex *Koning. in Biblioth.* adeòque *Thurius* dictus, ubi pariter suam concinnavit *Historiam*, ex nostra *Pantopol. Calabr. V. Thurium*. *Lucianus* judicat, *Libros illos* ix. *Historiarum*, quibus *Musarum* nomina imposuit, non ab *Herodote*, sed ab aliis hoc nomine fuisse insignitos. *Iridem*, ex

Eusebio; 10. de *Præp. Evang.* Herodotus, non pauca ex *Historia Hecathai Milefi*, verbatim corrasisse dicitur, nec exigua pariter ementitus, inter quæ de *Phenice Ave*, de *Formicis Indicis*, Ovis magnitudinem æquantibus, aliisque, multa recenset incredibilia.

Zoroaster.

DE hoc Philosopho *Chaldeo*, multa Auctores confarinant. Nec pauci cum *Chamo* confundunt. Quo ad ætatem, nonnulli eum antè *Trojanum* bellum, & non pauci post ejus *excidium* collocant; vel tempore *Nini*, vel *Nembrod*, vel *Cyri*, apud Xantum de *Lidia*, *Laertium*, *Ctesiam*, *Apulejum*, & alios. Hunc, multi Regem *Bactrianorum* volunt; plurimi *Magum* etiam dicunt à *Nino* victum, aliique diversa. Quo ad *Monumenta*: *Ermippus* eum facit Auctorem *Carminum* sine numero. *Suidas*, eidem adscribit *Natura* L. 4. *Lapidum* 1. & *Astronomicarum Predictionum* quinque. *Eusebius*, in sua *Præp. Evang.* *Theologicos Tractatus de Divinis Attributis*. *Synestus*, *Oracula Somniorum*. *Gnosticorum* sequaces, varia *Opera impia* sub ejus nomine. *Theodorus de Mosphet.* *Impia Dogmata de duobus Principiis* in *Magia Persarum*. Sed cuncta suppositia, fabulosaque veriùs judicantur, adscripta potius, vel *Platonicis*, aut *Pythagoricis* recentioribus, vel *Hæreticis*, ut antiquitate eorum deliria hi magnificarent. Videant Peritiores. Similia dicimus de *Agonace*, ejus præceptore, apud *Plin.* L. 30. c. 1.

Sanconiator.

NAtione *Phenix*, *Beritho* natus, post *Ilii* *excidium*, & ut dicitur, *Semiramidis* tempestate. *Phanicum* *His-*
sto-

horiam, scripsisse fertur, à *Philone Biblo* traductam, *Abibalo* Phanicæ Regi, *Irami* parenti dicatam, *Davidis* ætate, ante ann. Chr. nat. 1073. Sed de hac in *Josepho*, & *Athenæo* profundum silentium.

Timæus Historicus.

Planè diversus ab alio ejusdem nominis *Locrensis*, apud *Platonem*, Philosopho insigni, & in *Scriptis Monumentis* præclaro, ex nostra *Pantopol. Calabr. V. Hieracium*. Hic verò *Timæus* fuit natione *Siculus*, qui *Res Græcas, Thebanorumque Bellum* optimè scripsit. *Vir*, ex *Tullio*, L. 1. *de Orat.* longè eruditissimus, & rerum copia, & sententiarum varietate abundantissimus, & ipsa compositione verborum non impositus: *Clar. ann. antè Chr. nat. 429.* Plurimum nihilominus exagitatus fuit à *Polybio* in sua *Historia*, quo ad *Rhodanum* amnem, quem in quinos alveos discrevit, *Et 2. à Diodoro Siculo*, L. 3. c. 90. quo ad *Phalaridis Taurum*: & à *Plutarcho*, in *Nicia* propter ineptiam, factorumque falsitatem, qui præ cæteris *Taurum* illum prorsus fabulosum asseruit; relicta sua fabulosa *Lybia*, apud *Polyb.* laudatum.

Thucydides.

Domo *Atheniensis*, inter *Græcos Historicos* facilè princeps, *clar. ante Chr. nat. 429.* Suam *Historiam de Bello Peloponnesiaco 8. Lib.* complexus est, quorum *Octavus* à cæteris in sua tenui *dictione* dissimillimus, *Filia* ejus adjudicatur ab *Eruditis*. Hanc *Carolus V.* non minor *Alexandro* in suo *Homero*, semper secum in *Castris* habuit, ex *Camerat. Cent. 3. c. 67.*

Pin-

Pindarus.

Thebis natus, Apum melle in cunabulis pastus est, ad ann. ante Chr. nat. 476. inter Poetas *Lyricos* princeps extitit. Idiomate *Dorico*, eloquentia summa, & copia, *Isthmia*, *Pythia*, *Nemea*, & *Olympia* concinnavit. *Alexandro M.* charus, ac *Spartiatiss*, qui amore sui, cum *Thebas* everterit, *Pindari* Pœnatibus parcit. *Quinquies* in certamine superatus fuit à *Corinna*, carminum ipsius venustate, an vultus, utrumque probabile, sed extremum primo verisimilius. Pro *Diis* plurimum dimicavit. Nævus non carere ejus *Dramatica*, potissimum crebro, *Digressionis* vitio fœdata, ex *Borich. de Poet.* Tandem in pueri adamati gremio expiravit, ex *Valer.*

Lysias.

Gente *Siculus*, patria *Syracusanus*, flor. ant. Chr. nat. ann. 406. qui *Athenis* natus, *Thurio* instructus, *Athenis* tandem obiit, *Olymp.* 100. Varias *Orationes*, & admirabiles scripsit; sed ex numero 325. dumtaxat 233. eidem adjudicantur à *Photio* ut legitimæ, in *Biblioth.*

Aristophanes.

Rodius, Poeta Comicus, clar. ann. ant. Chr. nat. 406. facetissimus quidem fuit in *Comedia*, sed obscenissimus, & in Proceres obtrector pessimus, atque maledicus. Vino madidus sua *Comica* componebat, adè ut sine *Bacho* sua *Carmina* frigescebant. *Socratem* præ aliis *Philosophiæ* patrem, plurimum in suis *Nebulis* tanquam juventutis corruptorem labefactavit, ex *Voss. de Poet. Græc.*

Græc. De cætero eloquentissimus extitit, ingenioque maximè excellens.

Theopompus.

Natione *Græcus*, *Isocratis* discipulus, flor. ad ann. ant. Chr. nat. 394. Magni nominis Historicus, apud *Photium* in *Theop.* c. 76. laudeque dignissimus, ex *Halicarnas*. In *Historia* tamen *Philippi Macedonis* suis crebris digressionibus coacervata, valdè culpatur à Criticis, apud eundem.

Isocrates.

Atheniensis Orator, & verborum diligentia, & compositionis splendore mirificus; *Palestra* potius, quàm *Pugna* ejus dicendi genus accommodatus, flor. ann. ant. Chr. nat. 394. in cæca quadriduana extinctus, audita *Atheniensium* clade ad *Cheroneam* accepta. Plures composuit *Orationes*; sed non pauci illum *furti* sugillant; quod nimirum plurima in *Panegyricis*, ex *Epitaphiis*, & *Sermonibus* *Archini*, *Thucydidis*, & *Lysiae* mutuatus fit. Itidem deliberandum amplius ex *Thomas. de plag.* n. 476. an *Isocrates* ab *Iseo*, vel hic ab illo aliqua accepit.

Protagoras.

Inter *Stoicos* fama clarus, & *Stultitia*. Hic, ex *Tullio*, omnibus *Somniis* fidem arrogavit, magna auctoritate decernendo, veritatem, falsitatemque non ipsa *Natura* rerum, sed sola hominum æstimatione constare.

Xeno-

Xenophon.

Atheniensis flor. ad ann. ant. Chr. nat. 387. Philosophus, Historicus, & Strategus insignis. Plura scripsit egregia; sed inter cætera *Cyri Pediam*, non ad *Historiæ fidem*, sed ad *justi Imperii effigiem* scriptam, docet Koning. *Musas* ori ejus locutas videri, ait Cicero; hinc *Musa Attica*, vel *Apis Attica*, ob suam in *Diffione* dulcedinem dictus est. Ejus *Historia* lectitatione *Scipio*, & *Lucretius* tanti Duces evasere, ex *Rapin. Reflex. in Hist. Sec. 28.* Extat *Xenophontis* nomine Libellus de *Æquivocis*; verùm hic ab *Annio Viterbiensi* confictus est. Obiit *Olymp. 105.*

Isæus.

Rhetor *Assyrius*, *Lysia* discipulus, ac *Demostenis* præceptor, clar. ant. Chr. nat. ann. 380. Ex 64. *Orationibus*, quas scripsit, solum 50. genuinæ sunt, & germanæ *Isæi*, apud *Photium*, in *Bibl.* Earum *Diffio* pura, & concisa, eloquentiaque plurimum referta; Hinc de eodem *Juvenalis*, *Satyr. 3.* cæcinit:

*Ingenium velox, audacia perdita, sermo
Promptus, & Isæo torrentior.*

Quæ de *Questionibus*, in *Oratione de Cylonis Hereditate* disputavit, verbatim apud *Isocratem* in *Trapezítica* à *Porphyrío* leguntur. Undè inter *plagiarios* numeratur à *Thomaf. de plag. Sec. 473.*

Cleantes.

Philosophus *Atheniensis*, *Zenonis* successor in *Stoa*; qui ad inopiam suam sustentandam, aliis nonnullis scri-

serviebat, ut interdiù Philosophiæ incumberet, ex *Laertio*. Multa ex *Moyse* in suis *Monumentis* contexit, ex *Clem. Alex. L. 5. Strom.* Centenarius excessit.

Plato.

A *Theniensis*, *Sectræ Accademicae* princeps, antea *Aristocles* dictus, postea ex humerorum latitudine *Plato*, clar. ann. ant. Chr. nat. 366. Adolescens palestram secutus, inde picturam, demum sub *Socrate* Philosophiam sectatus est. Tanta in eo fuit philosophandi doctrina, & profunditas, ut Philosophorum *Homerus*, *Apex*, *Princeps*, & *Divinus* fuerit appellatus. Hunc ferè cuncti PP. antiqui sectati sunt, cum præ aliis ad *Christianam* veritatem maximè accesserit. Inter *plagiarios* nihilominus enumeratur ab Eruditis. Multa ex *Timæo Locrensi*, & *Philolao Pythagorico* concinnavit, maximè in Opere de *Mundi anima*. Non pauca subduxerit ex *Protagora Lib. de Ente*. Ex *Aristippi* pariter, *Anthistenis*, & *Brysonis Heracleotæ Dissertationibus*. Animæ *Immortalitatem* ex *Pythagora* traxit. Plurima ex *Mose* deduxit, apud *Numenium*; quamvis multis conentur eum à plagiarum numero vindicare cordatiores.

Democritus.

Philosophus *Abderita*, clar. circa *Olymp. 80.* ut verisimile. Plurimas, longissimèque distitas *Regiones* perlustravit, ut majores *Sapientiæ* opes undique conquiritas sibi compararet, ex *Euseb. L. 10. de Prep. Evang.* Quod cuncta, quæ sub Sole visuntur derisisset, vulgò omnes contestantur. Innumerabilia scripsisse fertur; sed *Monumenta illa de Plantis*, aliisque rebus maximè *exoticis*,

H
apud

apud Leonard. de Cap. de *Incert. Med.* eidem abjudicantur ab Eruditis . Demum detractis oculis , ut ad altiora mente conscenderet, ann. ætat. 109. obiit .

Demosthenes .

AD ann. ant. Chr. nat. 356. inter Oratores princeps longè eloquentissimus , qui ignobili licèt origine, fulmen tamen, & Jupiter eloquentiæ extitit. *Balbus* quantumvis natus, *calculus* naturæ vitium emendavit , ac ante speculum perorans, gestientis decorem tenere didicit. Innumerabiles concinnavit *Orationes* , *Tucydidis* imitator ; sed illius germanus 65. dumtaxat agnovit *Photius*, in *Cod.* 265. Instar *Emergumeni* eum locutum esse , affirmavit *Aristothenus* apud *Plutarchum* ; vel ut *Demetrius Phalaræus* ait, eundem, veluti divino Numine afflatum concionari solitum fore ; hinc affectuum patronus fuit . Tandem post Bellum *Jamiacum* , à Demosthene ipso exeatum, ipse profugus, spontaneo veneno è vita exivit, quem eloquentia ditatum , avaritia foedavit .

Epicurus .

Patria *Atheniensis* , Sectæ *Epicureæ* Philosophus princeps: vulgò *infamis*, sed Peritorum judicio *Magnus*. Floruit ex *Apollodoro*, in *Chron. Ann.* 3. centesimæ nonæ *Olymp.* septem nimirum annis post *Platonis* obitum . Vixit *ann.* 72. obiitque *ann.* 1. *Olymp.* 127. Incredibili abstinentia præditus, summum *Banum* in animi, non corporis voluptate (ut *Aristippus*) constituit , apud *Lactantium* , L. 3. *Instit.* Plurima scripsit , sed non pauca apud *Stoicos*, ex *Demacrito* deprompsit. Eidem abjudicantur à *Criticis* , apud *Laertium* *Epistola* ejus nomine 70. carnalium

lium voluptatum foedatæ, ad *Crispam* directæ, *Diothimi Stoici* factus, quo nomine, apud Athenæum, L. 13. calumniator *Diothimus* accusatus à *Zenone Sidonio*, capitis damnatus est.

Æschines.

ORator *Arheniensis*, Demosthenis æmulator ad palmam usque, clar. ant. Chr. nat. ann. 353. Severus fuit, & gravioris supercilii Vir, & abstemius. Nullum Magistrum habuit, sui ipsius dumtaxat homo, ex *Gyrald. de Poet.* Plures scripsit *Orationes*, quas *Gratias*, ob dictionis suavitatem, Græci vocabant, ex *Koning.* Sub illius nomine circumfertur *Oratio, Deliaca Lex* inscripta; sed eidem abjudicatur à *Cæcilio*, alterique *Æschino*, alteri æquali condonata, apud *Photium*, *Cod. 61.* Tandem cum *Judices* corrupisset, coniectus in vincula, hausta circumta perit, ex *Suida.*

Aristeas.

PTolomei *Philadelphii* Regis *Ægyptiorum* *Hyperaspistes*, Olymp. 124. & ant. Chr. nat. 350. claruit. Hic, suo in *Libello* de numero *Interpretum* 72. S. *Scripturæ* in *Insula Pharo* mirabiliter editæ, totam quasi *Historiam* hujus *Versonis* concinnavit. Ast, quia *Critici*, præsertim recentiores, nimirum *Valesius*, *Natalis*, aliique non pauci, multa suppositia in laudato *Libello*, parumque credibilia fore præsentunt, quæ scripserat *Auctor*, veluti fabulam non erubescunt inter *pseudepigraphas* computare *Scripturas*. Tum maximè, quod *Epistola* in illo insertæ, *Demetrii ad Regem*, *Regis ad Pontificem*, *Pontificis ad Regem*, unius, ejusdemque *stylum* referant; pariterque

H 2.

stylo,

Stylo, verbis, & sententiis ab iisdem dissimillimæ, quæ leguntur apud Josephum, Eusebium, & Epiphanium de pond. & mens. aliaque fabulosa, nec præcitatæ minora, ut cuilibet apud Natalem, T. 2. videre licebit.

Aristotiles.

Philosophus *Stagirita*, Peripateticorum princeps; flor. ann. antè Chr. nat. 343. Vir, ingenio, doctrina, & diligentia ad stuporem usque *Magnus*, & admirabilis, variarumque rerum cognitione, adhuc *Platone* magistro superior, ex Ludov. Vive, in *August.* L. 8. c. 12. Pènè infinita exaravit egregia in omnium Scibilium genere conspicua, sed potissimum *Ethica*, *Politica*, *Poetica*, ac de *Natura Animalium Historica*. Errores ejus, nec pauci, nec exiles fuere; De *Deo* secum dissidet; imò *Supremum Numen*, nec coluit, nec curavit. De *Anima immortalitate* malè sentit, ex Greg. Nanzianz. *Orat.* 1. de *Theol.* Bellum Antiquitati *Philosophorum* indixit, quorum sapientiam in suis *Monumentis* compilando, nominibus suppressis, ad sua placita accommodavit, ex Bacon. de *August. scient.* L. 3. c. 4. Hanc ambitionem fortasse à suo discipulo *Alexandro M.* æmulatus est, cùm ille Nationes cunctas, hic Opiniones omnium subegit, ut *Monarchiam* uterque stabiliret. *Colonienses* Aristotilem inter *Divos* annumerant, de ejus salute, & veneratione magnoperè solliciti, concludendo (nefandum) ex Balæo, *Cent.* 14. p. 220. in *Append. ad Joan. Major.* Aristotilem sic fuisse *Christi Præcursores in Naturalibus*, quemadmodum fuit *Joannes Baptista in gratuitis*. Hinc moribundum confingunt dixisse: *Fædè hunc Mundum intravi: anxius vixi: perturbatus egredior; Causa Causarum miserere mei.* Sed quàm insulsè, judicent Eruditi cordatiores. De ejus mor-

mortis genere , multi multa confarcinant . Sed nil certum , nisi quod perierit .

Euclides .

A Tyri Urbe natalem duxit, *Geometra* nulli secundus, & *Mathematicorum* parens, clar. ann. ant. Chr. nat. 332. Multa scripsit, quæ ad *Musicam*, & *Geometriam* pertinere videntur. Opus suum celebre, quod *Elementa* *Euclides* inscripsit, in 13. Lib. est distributum. Plerique apud *Vossium*, de *Mathem. c. 15.* eos non *Euclidis* putant, sed *Commentarios* *Hypsiclis Alexandrini*. Alii, & ipsos *Libros* *Hypsicli* tribuunt. Sanè in *Græca* Editione, *decimus quartus* præfationem habet propriam: quam, nec *primus* habet *Euclidis*; non vano argumento, *Libros duos ultimos* alterius esse, quàm *Euclidis*.

Berosus .

Gente *Chaldeus*, patria *Babylonius*, *Templi* *Beli* in Urbe hac *Sacerdos*, clar. ad ann. ant. Chr. nat. 257. *Scaliger* in *Eusebium* pag. 248. illum facit filium *Osee*. *Justinus Martyr*, *Berosum* *Sibyllæ* *Cumææ* parentem affirmat. *Eidem Athenienses* *Statuam* *lingua deaurata* erexere. *Libellus* circumfertur apud *Ludov. Viv. L. 3. de Trad. Discipl.* cujus titulus: *Berosi* *Babylonis* *Antiquitates*, sed planè suppositus est apud cunctos *Eruditos*, unà cum *Xenophontis* *Æquivocis*; *Archilochi*, *Catonis*, *Sempronii*, & *Fabii Pictoris* *fragmentis*, eodem in *Libello* confarcinatis, ridiculè ab *Annio Viterbiensi*, multisque *fabulis* apud *Dupinum*, in *nova Biblioth. T. 1.* conferruminatis, contra id, quod de eodem *Beroso* habet *Josephus* contra *Appionem*.

Theo-

Theocritus.

ORtu *Syracusanus*, *Bucolicorum* princeps, clar. ann. ant. Chr. nat. 272. Quæ sub ejus nomine circumferuntur, non omnia *Theocrito* adjudicari; acervum sanè esse congestorum ex pluribus *Bucolicorum* *Scriptorum* carminibus, docet *Barthius*, *Advers.* L. 41. c. 26. Interemptus periit *maledicentia* causa, *Hieronis* Tyranni jussu. *Virgilium* habuit imitatore; unde de eo sic iste, *Ecl.* 6.
Prima Syracusio dignata est ludere versu
Nostra, nec erubuit Sylvas habitare Thalia.

Apollonius Pergæus.

Vir inter *Mathematicos* insignis, *Euclidis* discipulus, quem *Alexandria* audivit. Flor. ant. ann. Chr. nat. 240. Præ cæteris *Conicorum* L. 8. scripsisse dicitur, quorum tres, qui ab *Arabibus* *Apollonii* creduntur, genuinos haud esse suspicatur. Sanè fuere olim apud *Vossium*, de *Scient. Mathem.* qui *Conica* non fuisse *Apollonii*, sed *Archimedis* putarent, teste *Heracio* apud *Eutocium*.

Apollonius Rhodius.

Patria *Alexandrinus*, *Philologus*, & *Poeta* illustris, clar. ad ann. ant. Chr. nat. 235. In sua *Argonautica* non contemnendus, imò *Homærica* varietati conferendus est; quicquid dicat *Rapin.* *Reflex. in Poes.* p. 2. Sed cuncta eum ex *Cleone* transtulisse, docet *Jonf. de Script. Hist. Philosoph.* Lib. 2. c. 17.

Archi-

Archimedes.

Natione *Siculus*, patria *Syracusanus*, *Mathesis* primus Auctor, & princeps inimitabilis, clar. ant. Chr. nat. ann. 221. Patriæ parens, qui adversus *Romanos* suis *Machinis* per *Specula* hostilem classem excussit, ex *Livio*, & *Plutarcho*. Obiit interemptus à milite, dum *Quadraturam* in arena absorptus delineabat. Plura scripsit, sed potissimum de *Sphæra*, & *Cylindro*, sed *Scientiam* hanc ab *Ægyptiis* hausisse dicitur, ex *Proloc.*

Cato Censorius.

Domo *Tusculanus*, ac *Romanus* Consul, flor. ann. ant. Chr. nat. 190. Vir *Oratoria*, & *Historica* peritissimus. Multa composuit, sed potissimum ejus Opus de *Originibus*, *Catoni* nostro abjudicari ab *Eruditis*, docet *Onuphrius Panuvius*, L. 1. *Antiq. Veron. c. 9.* Item, & *Disticha* sub ejus nomine concinnata.

Q. Ennius.

Natione *Italus*, *Rudiis* in *Apulia* natus, clar. ad ant. ant. Chr. nat. 184. Scripsit *Annalium* Monumenta, aliaque *Tragica*, *Satyrica*, *Comica*. *Ingenio* fuit maximus, ex *Ovidio*, de *Trist.* sed arte rudis. Hinc *Virgilius*, *Aurum* se ex *Ennii stercore* colligere dixit. Tandem senio, immodico *vini* usu correptus, morbo *articulari* periit, ac in *Cn. Scipionis* Urna, via *Appia* honorificè sepultus.

M. Ac-

M. Accius Plautus.

Gente *Italus*, domo *Sarfnas*, Poeta Comicus, clar. ant. Chr. nat. ann. 182. Ita elegans, & dulcis fuit, ex *Æl.* ut Musæ si latinè loqui vellent, sanè *Plautino sermone* locutæ fuissent. In eo verò culpandus; quod satis in *jocis* obscenus fuit, in *moribus* mollis, in *verbis* impudicus. Plures *Archaismos*, vocesque *absolutas* adamavit, in *Theatris* quidem, sed non in *Rostris* permittendas.

Publius Terentius.

Patria *Cartaginensis*, flor. ad ann. ant. Chr. nat. 154. Poeta Comicus, cujus *sex* dumtaxat *Comedias* habemus, in quibus elegantia, amenitas, venustas, judicium, puritas; proprietas Authorem omnibus Comicis fore *Præpositum*, clamant. Undè benè Erasmus, L. 28. Ep. 20. dicit: Plus esse exacti judicii in una *Comedia Terentiana*, quàm in *Plantinis* omnibus. *Luscius Lavinius*, eum inter *Plagarios* enumerat; fortè quia ex *Menandro*, ut dicitur, 216. *Comedias* de græco in latinum transtulit, suasque fecit. Sed consule nostram *Pantopol. Calabr. V. Sybaris*, & *Thomas. de Plag. num. 554.*

M. Tullius Cicero.

Domo *Arpinas*, Rom. Consul, flor. ant. Chr. nat. ann. 78. Eloquentiæ princeps, imò ipsa eloquentia exstitit. In suis *Monumentis* celeberrimus, sed potissimum in *Orationibus*, in *Officiis*, & in *Tusculanis*. Eidem abjudicatur Liber *de Consolatione*, qui sub ejus nomine circumfertur, *ditione* certè *Tullio* indignus, apud *Lipsi. in Cent.*

Cent. Ep. ad Ital. & Hisp. Ep. 14. Tandem interemptus à Papilio Centurione, quem in causa capitis Cicero liberaverat, obiit ann. M. 3907. & ant. Chr. 41.

C. Lucilius.

Gente *Italus*, domo *Auruncanus*, inter veteres Poetas celebris, Pompej M. avunculus, flor. ann. ant. Chr. nat. 129. Miles ense, Poeta calamo, violentus, & acer. Inter Satyricos princeps, & primus, ex *Plinio*, qui condiderit styli nasum. *Lutulentus* ex Horat. Flacco, & in Carminibus *incompactus*, apud Scallgerum. Sæpius Græca Latinis miscuit, ex *Gyrald.* & aliquandò ad *Jamborum* humilitatem se demittebat, ex *Turneb.* De reliquo venter, suavis, & facetus fuit. Neapoli excessit.

Maimonides.

Sapiens inter *Hebraeos*, in sua *Morali* stultissimus, dum in *Jad Chazacà, Tract. de Congr. prohib. c. 14.* docuit Gentilem *Hebræum* factum coire cum Matre, vel Sorore, idem esse, (contrà Jus Naturæ) ac cum Extranea coivisse.

T. Lucretius Carus.

Poeta, & Philosophus *Epicureus*, clar. ad ann. ant. Chr. nat. 105. Carminibus duriusculis, suæ tempestatis genius. *De Rerum Natura*, 6.L. scripsit, sed imperfectos, quos postmodum emendavit *Tullius*, atque perfecit. Amatorio poculo in furorem versus, seipsum occidit, æt. suæ ann. 44.

L. Afranius, & L. Catulo.

INter Romanos Poetas insignes . Primus clarus M. Tullii Ciceronis ætate . Secundus Horatii . Ambo Opera Comica non pauca scripsere, & quidem jucunda; sed primus satyris, & ignominiiis fecunda: secundus plurimùm obscena .

Didimus .

Natione Græcus, ant. Chr. nat. circ. ann. 70. floruit . Plura scripsit de Re Rustica; sed in Tractat. de Animalibus, non pauca ex Varronis Historia decerpit. Apud Red. de Insectis.

M. Terentius Varro .

Romanorum Philosophus, & Poeta insignis, clar. ad ann. ant. Chr. nat. 68. Vir fuit infinitæ lectionis, sed potissimum Antiquitatis apprimè perscrutator . Plura scripsit varia, & docta; in suis verò Etymologiis, ipse Varro in Varrone ignoratur, ex Manutio, L. 3. Ep. 25. Obiit ann. 26. ant. Chr. nat.

Diodorus Siculus .

AGyrio natus, flor. ann. ant. Chr. nat. 60. Inter Historicos Græcos celeberrimus, & in antiqua eruditione Vir satis insignis . De sua Historia optimè meritis, præter Epigraphen, Romanorumque corrupta Nomina, ex Dempstero. Ex 40. Lib. 15. dumtaxat supersunt, præter aliqua in Photio Excerpta . Æquiori animo, ut ait Vos-

Vossius, de Hist. Græc. jacturam tantam ferremus, si superessent *Berosus, Theopompus, Ephorus, Philistus, Callisthenes, Timæus*, aliique ex quibus sua Diodorus congererat.

Sallustius Crispus.

Gente *Italus*, *Amiterni* Sabinorum Urbe oriundus, clar. ad ann. ant. Chr. nat. 49. Vir, ex Augustino, de Veritate Historica clarus, L.1. de Civ. Dei, c. 5. ac electissimus verborum pensator, L. de Vit. Beau. & si Strada, Prot. L. 2. 3. Hist. p. 2. plagiarium illum faciat, cum potissimum ex *Catonis Originibus*, non pauca invidiosè decerpserit.

Pedacius Dioscorides.

DE *Anaparro* Urb. Ciliciæ, Medicus præstantissimus, clar. circ. Olymp. 186. Plura Opera *Medica*, & præsertim *Botanica* scripsisse fertur; sed ab Eruditis ea alteri *Dioscorodi* recentiori adjudicantur.

C. Julius Caesar.

Primus Rom. Imperator, sanè in utroque *Caesar*, *calamo*, & *ense*, clar. ant. Chr. nat. ann. 46. *Varia* concinnavit, sed præsertim 7. *Lib. de Bello Gallico*, & de *Bello Civili*. Vir disertus, & in latina eloquentia sine fuce conspicuus. De suis *Commentariis* non pauci dubitarunt, *Julio Cæso* illa adscribentes, sed perperam ex *Arnoldo Mont. in Not. ad Cæs.* L. 1. c. 1. In multis tamen suspectæ est veritatis, ut ostendit *Asinius Polleo*. Inter nonnulla absurda illud est in sua *Historia* apud *Cl. Verder. Cens. in Auct.* Gallis morem fuisse, ut malè habentes, im-

molaturos se se Diis immortalibus, recuperata quamprimum prospera valetudine, voverent. Verisimilius sanè est illos maluisse ægrotare, quàm fanos factos ad victimam duci. Octavus Liber de Bello Gallico adscribitur A. Irbio Pansa; & Historia Hispania C. Oppio, apud Eruditos.

Author via Vita.

INter Hebraeos Sapiens. In Gen. 3. commentus est juxtà literam, & insulse nimis: Adam comedisse de fructu vetito, ab Eva illi dato, quia ligno cæsus, timuit, juxtà illud: *dedit mihi de ligno, & comedi.*

C. Valerius Catullus.

Verona natus, clar. ante Chr. nat. ann. 44. In suis *Carmenibus* doctus, suavis, facundus, argutus, sed durisculus, in quibus è *Jul. Caf. Scalig.* multa *impudica* leguntur, non pauca *languida*, plurima *coacta*. Suprà modum *mordax*, tùm maximè contrà *Augustos*. Romæ obiit, æt. suæ ann. 30.

Cornelius Nepos.

Veronensis Historicus, clar. ant. Chr. nat. ann. 40. Plurima genere eleganti, & sublimes elucubratus est. De *Vitis Imperatorum* ambigitur ab Eruditis, an genuinum *Cornelii* opus extiterit. Multi etenim id *Æmil. Probo* adjudicant.

P. Vir-

P. Virgilius Maro .

M *Antwannus*, Andis pago oriundus, clar. ann. ant. Chr. nat. 39. Linguae Latinae columen, apud *Servium*. Poetarum princeps, imò *Apollo*, apud *Jul. Scalig.* in *Crit.* & solus inter Vates Poetae nomine dignus. Plura concinnavit, quae omnium laudes excessit. Purima, nedum verba, sed locos penè integros ex *Lucretii Poemate* accepisse dicitur, apud *Petr. Crin. de Poet. Lat.* quemadmodum in *Georgica*, non pauca ex *Xenophontis Lib. Æconomico* transtulit, apud *Servium, de Virgil. Georg. L. 1. v. 43.* Nec quicquam dicendum de suo Plagio in *Homerum*; satis etenim id demonstrarunt Critici apud *M. Ant. Major. Praef. in Homer. Iliad. & Tasson. in Reb. var.*

Q. Horatius Flaccus .

G ente *Apulus*, patria *Venofinus*, Secta *Epicureus*, clar. ann. ant. Chr. nat. 36. Antea Miles, postea Poeta celebris. In *Odis* unus, & unicus. In *Lyrice* inimitabilis. In *Satyris* venustè mordax. In *Diſtione* latinè castus, sed non moribus; Ipse etenim ex *Rhodig. Antiq. Lect. L. 1. 14. c. 4.* libidine adeò perfervida fuisse fertur, ut cubiculo etiam num uteretur speculato, quo se cocuntem intueretur. *Roma* obiit. Non pauca ex *Theocrito* excerpfit, apud *Lambin. in Comment.*

M. Vitruvius Pollio .

I nter *Architectos* peritissimus, clar. ant. Chr. nat. ann. 31. In suis *Monumentis*, inter Antiquos insignis, sed plurimum ea, peregrinitate, & plebitate infuscavit, ex
Bor-

Borrich. *de var. Lect. lingu.* Ejus *Phrasis* græcissimum olet, hinc sæpius græcizat. Operum suorum maximam partem ex aliorum Scriptorum *Monumentis* compilavit, & maximè *Græcorum*, ex Joan. de Laët. *in Ep.*

M. Manilius.

Astronomicus insignis, flor. ant. Chr. nat. ann. 32. Ejus opus *Astronomicum*, & *Genethliacum Lib. 5.* Versu Epico concinnatum, ab *Ægyptiorum* Disciplinis magna ex parte decerpit, ex Borrich. *de Poet. Lat.*

Dionysius Alicarnassæus.

Natione *Græcus*, Historicus, Rhetor, & Criticus summè præclarus, flor. ad ann. ant. Chr. nat. 26. Diligens *Antiquitatum* investigator, accuratè scripsit *de Rom. Antiquit. 20. Lib.* Ex quibus *undecim* dumtaxat habemus, quos magna ex parte, non quidem ex *Fabulis*, & rumoribus popularibus, sed ex *Lib. Portii Catonis, Fabii Maximi, Valerii Antiatii*, aliorumque didicerat, ampliavit.

Sex. Aur. Propertius.

Gente *Italus*, in *Umbria* natus, flor. ann. ante Chr. nat. 19. dulcis, nitidus, limatissimus in suis *Elegiis*, & si aliquando languidior, humilis, quandoque inflator, & duriusculus, & in *amatoriis* rebus satis proclivus, & impurus. In *Hostiam* puellam, *Cynthiam* dictam, apprimè exarsit. *Græcos* Poetas in *Carminibus* secutus, præsertim *Cyreneum, Philetam, & Callimachum*, quos latinos fecisse dicitur, adamavit.

A. Ti-

A. Tibullus .

Eques Romanus, Poeta tersissimus, & Elegiacus, clar. ant. Chr. nat. ann. 13. Tantæ semper omnibus admirationi fuit, ut inter Vates facillè Princeps æstimatus sit. Tres tantum Lib. Philologi antiquitatis Tibullo tribuunt; quartum verò ipsius non esse, Barthius, *Advers.* L. 3. c. 6. autumat.

P. Ovidius Naso.

Natione Italus, domo Sulmonensis, clar. ant. Chr. nat. ann. 7. Poeta admirabilis, ex Gifan. *Apol. pro Poet.* Lat. p. 484. adeò non ingeniosus, sed ingenium ipsum, non latinus, sed ipse latinitas, non Musarum Sacerdos, sed ipsum Musarum Numen sit habitus. Non pauca concinnavit *Poetica*, quæ Natura potius, quàm spontè effudit, eaque *Muse* dictasse videantur. *De Amoris* tres Lib. composuit, in quibus sub ficto nomine *Corinna* maximè ingenium probavit *Ovidianum* apud Eruditos. **E** Vita decessit, ann. post Chr. nat. 17.

Oracula Sibyllina.

HÆc pro veritatis indagine Eruditorum valdè torserunt ingenia. *Virgines* etenim ex communi Scriptorum sententia fuere *Sibylla*. Vates Deo plenæ, quarum præsertim *Vaticinia* de Christo Salvatore, ut præterita potius, quàm ut futura prænuntiarunt. An verò talia *Oracula* versibus concinnata, *figmenta* potius *Christianorum* extiterint, quàm *Vatum* prædictarum, lis adhuc tempestate nostra inter peritos augetur. Pro parte assen-

assentiente , audiatur Lactantius , L.4. de ver. Sap. c. 15. His testimoniis (ut ait) quidam revicti, solent eò confugere , ut ajant ; non esse illa Carmina *Sibyllina*, sed à nostris ficta, atque composita. Quod profectò non putabit, qui *Ciceronem*, *Varronemque* legerit , aliosque Veteres , qui *Erythream* Sibyllam , cæterasque commemorant , ex quorum Libris ista exempla proferimus . Qui *Authores* obierunt, antequam *Christus* secundum carnem nasceretur . Hactenus *Lactantius* . Pro parte verò negante , *Historia* objectatur *Sulla* temporibus , quæ *Capitolio* cremato, circà Olympiadem 153. *Scipione*, & *Narbano Coss.* ab *V.C. ann.671*. cuncta *Sibyllarum Oracula* penitus conflagrata supponit . Non ambigandum tamen fuisse non pauca *Sibyllarum* Oracula in Gentibus antè *Christum* meritò à PP. ut incorrupta ad convincendos *Ethnicos* manifestata; sed eadem postea minimè interpolata à pluribus *Christianis*, vel à fide *proscriptis* , adeoque ut suppositia censenda , & haudquaquam iisdem genuina, negari non potest . Consulendus præ cæteris *Natalis* , in *Hist. Eccl. N.T.* & cum eo *Cave* in suo *Sec. Gnost.* apud quos horum *Vaticiniorum Consarcinatorum* , tam in *Hebraico* Idiomate , quam in vera *Theologia* , imò & *Historia* , ac *Geographia* potius ignarum, quisquam agnosceret .

Zacharias .

S Joannis Baptista pater , circà ann. M. 4000. claruit . Hunc Heretici cujusdam Libri Auctorem faciunt, dicti *Assumptio*, blasphemiarum pleni , atque impietatis ; in quo, præter cætera *figmenta*, hæc continebatur *blasphemia* : quod nimirum, dum in *Sancta Sanctorum* incensum adoleret , spiritu raptus , *Numen* quoddam *Afinino* corpore difformatum inspexerit, quod cum populo denun-

tias .

tiasset, ne asininam illam imaginem pro Deo coluissent, repente loquelam amiserit, ne amplius talia prædicaret. Undè merito Author *Synopsis*, illum inter impietatum Volumina enumerat.

Lazarus:

MArthæ, & Magdalenzæ (ex *Evangelio*) germanus frater, Hebræus gente, quem Christus à morte revocavit ad vitam. Ex Judæorum *Traditionibus*, apud Sixtum Senensem, *Bibl. S. Lazarum*, cum à Christo suscitaretur, fuisse annorum 30. ac totidem alios post resurrectionem supervixisse, periti demonstrant. Is, cum Sororibus, aliisque Cymbæ, remis, velisque detractis impositus, *Massiliam* appellavit, quæ cum tota Provincia Christi fide locupletavit. Quod vero *Lazarus*, postquam à mortuis resurrexerit, aliquid de alia *Vita* Scriptis mandaverit, *segmentum* est, & planè commentitium *Opus*, quod fingunt Scioli aliquot in *Bibliotheca Vasicana* aservatum.

Apion.

Patria *Alexandrinus*, professione Grammaticus. *Historia Ægyptiorum* Scriptor, apud Josephum, L. 2. In *Rebus Judaicis* mendax nimis, & fabulator convincitur. Cum quo paripassu circa easdem *Manetho*, *Cheremon*, *Lyfimachus*, *Artapanus*, aliique plures, apud eundem, claudicavere. De eorum ætate, nil certi habemus.

R. Salomon.

Inter *Hebraeos* Sapiens. Plura scripsit, sed potissimum
in *Job* 29. fabellam illam commentus est : *Phanicem*
nimirum, inter cætera Animalia, immortalem esse,
quia comedere illa renuit fructum Arboris Scientiæ, ab
Eva in Paradiso cunctis porrectum.



MUSEI



MUSEI
LITERARII
PARS POSTERIOR.

Ab Orbe redempto, usque ad Annum
MDCCXXIX.

Jesus Christus.



ANNO M. 4000. die 25. Decembris, ex
Utero, Spiritus S. opera
incorporatus Dei Filius, in lucem
prodiit: Qui pro salute Mundi Cruci
affixus, Coronam de Orbe toto serva-
to, non subacto, à Patre in Cœlis pro-
meruit, & triumphum: Non habemus
ex *Sacris Literis*, quod Christus ali-
quando scripserit; idèque inter apocryphas, *Epistolam*
illam ad *Abgarum*, *Edessenorum Regulum* scriptam
enumeramus cum *Gelasio*, *Erasmio*, *Costero*, *Cano*, *Bel-*

Irenæo, Dupino, & aliis, quicquid dicant Eusebius, Ephrem Syrus, & Cave quæ quidem in Ecclesia Edessa nunquam fuit admiffa, à qua, sine dubio, si à Domino exarata foret, contrarium exhiberetur, ut docet Bellarminus, *de Script. Eccl.* Ethnici quoque, non paucos *Libros* impietate plenos, Christo confinxere, *Magia arcana* continentes, quibus prodigia, mirabiliaque patrabat; hosque scriptos ad *Petrum*, & *Paulum*, ut talia pariter Orbi palàm & ipsi facerent. De iis sic Augustinus, *L. 1. de Consens. Evanz. c. 7.* Si aliquos se habere dicunt (ait) quos eum scripsisse asserunt, prodant eos nobis. Profectò enim utilissimi, & saluberrimi sunt, quos, ut ipsi fatentur: *Vir Sapiensissimus* scripsit. Si autem timent eos proferre, utique mali sunt. Porro, si mali sunt, non eos *Sapiensissimus* scripsit. Sapiensissimum autem eum scripsisse Christum fatentur; non ergò Christus tale aliquid scripsit. Ità verò isti desipiunt, ut in illis *Libris*, quos eum scripsisse existimant, dicant contineri eas *Artes*, quibus eum putant illa fecisse *miracula*, quorum fama ubique percrebuit. . . . Et certè, qui tales Christi *Libros* se legisse affirmant, cur ipsi nulla talia faciunt, qualia illum *de Libris* talibus, fecisse mirantur? Quid, quod etiam divino iudicio sic errant quidam eorum, qui talia Christum scripsisse, vel credunt, vel credi volunt, ut eosdem *Libros* ad *Petrum*, & *Paulum* dicant tamquam *Epistolari* titulo prænotatos. Et fieri potest, ut sive inimici Nominis Christi, sive qui ejusmodi execrabilibus *Artibus*, de tam glorioso *Nomine* pondus authoritatis dare se posse putaverunt, talia sub Christi, & Apostolorum nomine scripserint. Hactenus *Augustinus*. Præter hos, Christum adhuc *scripsisse*, dicunt Heretici, apud Augustinum, *Hymnum Dominicum*, illum videlicet, quem post *Coenam* secretè suis *Discipulis* recitavit; sed heic simi-
 lis

lis *Epistola* illa , ejus nomine exarata , quæ de Cælo cecidit , & per Michaelem Archangelum in porta *Ephrem* inventa , cunctis ab Heretico *Adalberto* exhibita fuit , ut incautos deciperet ; adeoque ab Ecclesia repudiata ; aliisque relictis ejusdem furfuris , nimirum *Libris de Salvatoris Nativitate : de Maria : de Obstetrice ; & de ejus Infantia* , atque *Incunabulis* , apud *Anastasium* , qui falsos , & suppositios eos esse merito autumat , in *Schol. Melit. Sardiæ*. Cum quibus pariter , & *Liturgiam Æthiopicam* sub ejusdem nomine computamus , quam nobis *Vaslebius Dominicanus* venditavit , quamque non aliam , quam *Orationem* ad Dominum nostrum directam fuisse , docet doctissimus *Lodolphus* in sua *Æthiop. Histor.* L. 3. c. 4. Authoris incerti .

Maria Virgo Deipara.

AD ann. M. 4000. & ant. Ær. vulg. 31. *Jubaris Orientalis Phosphorus felix*, ex *Davidis Stipite* , *Joachim* , & *Anna* parentibus , nascitur in pago *Nazareth. Josepho* desponsata *Virgo* , adhuc post partum *Inviolata* , teneris indutum membris , *Spiritus S.* virtute , nobis protulit *Deum* , & *Hominem* . Quot annis in terris vixerit , an *Epheso* cum *Joanne* , vel alibi , incertum . Ubi obierit , pariter obscurum . Certius , illam redivivo corpore in *Cœlis* fuisse assumptam , sicut in Ecclesia Occidentali *sexto seculo* jam invaluisse , docet *Gregorius Turonensis* , L. 1. de *glor. Martyr.* & ex antiquo *Missali Gothico Gallicano* , *Thomasius* demonstrant , & *Mabillonius* . *Epistola* ejus nomine scripta ad *Ignarium* , quia in *Græcis Codicibus* non habetur , nec ejusdem *PP. antiqui* antè *S. Bernardum* meminere , ut *apocrypha* cum cæteris ejusdem farinae *Literis* rejicitur ab *Eruditis*. Ex officina putida *Gnosticorum* prodire

dicere *Volamina* impietatis plena, his titulis exarata: *Maria Interrogationes magna, & Interrogationes parva*, in quibus Dominum Jesum Christum revelasse *Mariæ Ritus Synaxeos* *Dominicæ Communionis* blasphemant, quæ in commixtione foeminarum cum Viris in adytis celebrabantur, ac promiscuè propriis manibus semen, menstruumque sanguinem Deo offerebant, & edebant, ex *Epiphanio*. Quem quidem execrabilem ritum, adhuc *Augustini* tempestate, apud *Charraginem* Manichæos in *Synaxi* patrasse, sumentes Eucharistiam ex farina, & humano concubentium semine conspersam, docet *Sixtus Senensis* in sua *Biblioth.* 5.

Valerius Antiates.

Romanus origine. Plura scripsit, sed quod vulgata opinione promulgavit de illis septem *Libris Græcis* in Agro L. Petilii sub *Janiculo* repertis, *Pythagora* datis, eò quia is *Numa* præceptor extiterat; mendacio accommodavit fidem, ex *Livio*, L.40. Constat enim, *Namam* antè *Pythagoram* 100.ann. floruisse. Nil dicimus de illa *Virgine Ibero* à *Scipione* stuprata, contradicentibus cunctis Historicis cum *Polybio*.

Lentulus.

Senatus Rom. Præfectus in *Syria*. Sub ejus nomine fertur *Epistola* quædam ad *Augustum* scripta, in qua præ cæteris Christi Salvatoris *effigies* admodum vilis, ac deformitate sædata depingitur; sed quanta à veritate aliena, nemo non videt. Styli barbaries, ac dissonantia prorsus indigna *Augusti* tempestate, in qua *sermonis* venustas, & eloquentia, quæ plurimum in pretio erant, il-
lius

his provocant falsitatem . Hinc , quia à PP. de eadem nulla mentio fit , eam veluti spuriam , inter pseudepigraphas reputamus .

Pontius Pilatus .

Gente Gallus , Ann. 12. Principatus Tiberii , hunc Procuratorem *Judea* constitutum affirmat Josephus in sua *Antiq.* ibique 10. annis usque ad Tiberii ferè exitum permansisse . Ex quibus , ut notat Eusebius , in *L. I. Hist. Eccl.* manifestè convincitur *Commentum* eorum , qui *Acta Pilati* nomine adversus *Servatorem* nostrum nuperrius ediderunt *Iniqui* , quæ ex mandato *Maximini* Tyranni publicè , tum in agris , tum in Urbibus proponebantur , & à Ludimagistris pueris discenda tradebantur . In iis primum ipsa temporis ratio *Actis* promotata , Auctores mendacii coarguit . Quippe *Consolatu Tiberii Augusti* 4. qui incidit in *septimum* ejus Imperii annum , ea quæ isti in *Salvatoris Domini nostri Passione* ausi sunt confingere gesta dicuntur . Quo quidem tempore , nondum in *Judea* advenisse *Pilatam* , satis constat , si testimonio *Josephi* fides est adhibenda . Qui in *Libro* jam supra laudato disertè indicat , Anno Principatus Tiberii 12. *Pilatam* *Judea* Procuratorem à Tiberio factum fuisse . Hætenus *Eusebius* . Eiusdem furfuris *Pilati* nomine *Acta* , apud *Quartodecimanos* demonstrantur ab *Epiphanio* , *Hæres. 50.* ex quibus didicisse gloriantur *Heretici* , quod *octava* *Kal. Aprilis* *Salvator* passus est , adedque illa ipsa die celebrare *Passcha* volunt in quamcumque demum *Lunæ XIV. dies* incurrerit . Non sic verò dicendum de cæteris *Actis* *Pilato* adscriptis à *PP. Hegesippo* , *Tertulliano* , *Justino* , & aliis , in quibus de *Christi Resurrectione* , *Miraculis* , de *Nova Religione* , &c. *Tiberio* ipse enuntiabat ,

ut

ut sua tempestate de iis fama percubuerat ; & proprio officio, ex *Suetonio*, incumbere talia Imperatori significare . Consule nostras *Epist. Erud. T. 1. Ep. 26. Lugduni exul miserrimè occubuit .*

C. Julius Hyginus .

Octaviani Augusti Libertus, clar. ann. Dom. 4. Plura scripsit *Exotica*, nec injucunda. Hodie nihil habemus, nisi *Poeticum, Astronomicum, & Mythologiam*, quam ex omnibus hinc inde *Mythologorum Libris* rapsodiam concinnatam esse, docet *Barthius, Aduersi. L. 10. c. 12.*

T. Livius .

Natione *Italus*, patria *Patavinus*, Historicorum Princeps, clar. ann. Dom. 12. De *Historia Rom.* egregiè meritus (excepto *Pollione*) apud Eruditos cunctos. Partitiones *Decadum* in suis Monumentis *Livii* non sunt, sed *Librariorum* ; tum maximè, quod antiqui omnes Grammatici, & præsertim *Diomedes, Censorinus*, aliique, nunquam *Decadum*, sed semper *Librorum* meminerunt, ex *Vossio, de Art. Hist. c. 25. Tiber. 4. ann. excessit .*

Strabo .

Domo *Amasenus* in Ponto, *Geographia* Princeps disertus, Philosophus, Mathematicus, Historicus, & Politicus insignis, clar. ann. Dom. 15. Celebris in *Geographia*, quam præstanter concinnavit ; quamque eidem toto conatu abjudicavit *Patritius, L. in 3. Paripat. Disc.* Opus tam insigne perperam, & sine fundamento *Stratoni* cuidam tribuendo. Obiit ann. 12. Tiberii Augusti.

M. A.

M. A. Seneca .

L Ann. Senecæ Philosophi pater , *Rhetoricus* dictus , patria *Cordubensis* , ad ann. Chr. fortè 20. flor. cui sanè restituendi sunt Libri *Controversiarum* , & *Suasoriarum* , Filio ab Antiquitate tributi , apud *Lipsum* , L. 1. c. 3. *Elect.*

C. Vellejus Paterculus .

N *Eapolitanus* , sanguine illustri , & literis , clar. Imper. Tiberii tempestate , ad ann. Chr. 27. In sua *Rom. Historia* floridus , & jucundus , candoreque præditus , ex *Lipio* , in *Probl. de Vell.* In *Chronologia* , non tam disertus , ex *Joan. Bapt. Camp.* Adulationis nihilominus vitio apprimè laboravit , ex *Voss. Hist. Eas.* dum non solum *Augustorum* gesta , sed quod pejus , *Sejani* pariter , veluti ad fidera extollit .

Valerius Maximus .

Patria *Romanus* , Patricio genere clarus , flor. Tiberii Cæs. tempestate , ann. Chr. 27. Opus , quod sub ejus nomine inscribitur : *Dictorum* , *Factorumque memorabilium* , &c. non esse *Valerii* nostri , sed potius cujusdam *Nepotiani Africani* , cum *Stylum* elimatum *Tiberii* , & *Augusti* tempore minimè oleat , docent Eruditi .

S. Stephanus .

In *Hierosolyma* Martyrum Primipilus , & suum ipse inter saxa , quibus obrutus est , gloriæ trophæum . Ejus

L

no-

nomine *Manichæi*, apud Serapionem, *Apocalypsim* venditant, quam meritò anathematizat inter-falsas, putidasque Scripturas, Gelaf. *dist.* 15.

S. Petrus Apostolus.

ANteà *Simon* vocatus, Jonæ filius, sive Joannis, *Bethsaida* natus, ad ann. Chr. 31. floruit. Prætereunte Domino, à piscium captura, piscator hominum factus, in Apostolatus apicem evectus est. Christo in Cœlum sublato, ejus fidem miraculis comprobavit per Orbem, *Romæq.* Sedem constituit, proprio sanguine laureatus. Obiit ann. Chr. 64. Neronis 10. & in *Vaticano* sepultus. Plura ejus nomine circumferuntur *Apocrypha*, spuriaque, quamquam vetustate redimita, & sunt: *Predicatio*, sive *ἡ κήρυξις*, apud Clem: Alex. *Strom.* L. 6. *Evangelium*, *Apocalypsis*, *Judicium Petri*, *Petri Doctrina*, *Petri Itinerarium*, *Missæ*, aliaque sed recentioris ætatis; ut plurimum ab Heræticis conficta, ut ex venerando *Petri* nomine suis quisquiliis, & ipsi auctoritatem facilius aucuparent.

Lucius Fenesella.

Gente *Italus*, clar. ad ann. Chr. 30: *Historia* sub ejus nomine legitur, nec sine admiratione apud Eruditos; sed supponitur certè foetus recentioris Authoris; tum maximè dum sermonem habet *de Romanis Magistratibus*. Obiit 6. ann. Tiberii Augusti.

Simon Magus.

S*Amaritanus*, Getthis oriundus, Heræticorum gregis antesignanus, & princeps, qui à Philippo baptizatus,

tus, ob sacrilegam *nundinationem* per Apostolum Petrum à Fidelibus rescissus, ejurata fide, se in *Monte Sina* Legem Moysi in Patris Persona dedisse Judæis. Tempore *Tiberii*, in Filii Persona putativè apparuisse: postea se in *linguis igneis* Spiritum S. super Apostolos venisse: Christum autem, nec venisse, nec à Judæis quicquam pertulisse, blasphemavit, ex August. *L. de Heres. ad Quod vult Deum*, c. 1. *Helenam* quamdam *Tyriam*, de impudicitia sentina secum contulit, ut ea mediante Angelos conderet, *Metempsychosim* suscitaret. Tandem *Romam* se conferens, cum *Nerone* Romam delusit, & Orbem præstigiis, pseudisque portentis; undè cum in sublime coram admirante populo elatus esset, oratione *Petri* prostratus, contractis cruribus, *Icarus* iste (ex *Suesonio in Neron.*) perit extinctus, ut cum *Arnobio*, L. 2. *adver. G. nt.* *Cyrill.* *Hierosolym.* *Eusebius*, *Epiphanius*, *Augustinus*, *Theodoritus*, *Maximus*, *Ambrosius*, aliique PP. apud *Natalem*, *Hist. Eccl. Sec. 1. c. 11.* contestantur. Plura scripsit impietatis referta, ac *Heresum* omnium seminaria, contra *Deum*, & *Naturam*, & *Legem*, putida, & magica, & supersticiosa, quæ cuncta à *Gelasio*, *dist. 15.* inter *Opera Hæreticorum prim. Class.* enumerata damnantur.

Nicodemus.

SECTA *Phariseus*, Judæorum princeps, & Magister, ann. *Chr. 31.* clar. Hic, noctù cum accessisset ad *Jesum*, Evangelii lucem accepit, ac *Crucifixi Domini Corpus* aromatibus delibutum, in *Tumulo* propriis manibus meruit collocare. Sub ejus nomine circumfertur *Evangelium de Passione, & Resurrectione Dominica*, cujus Exordium: *Anna, & Caiphas*, quod *Ecclesia* inter *Apocrypha* collocat ✓

S. Joannes Evangelista.

Galilæus, Zebedei, & Salomes filius, Jacobi Majoris frater natus minor, Jesu benevolentia celebris, *ann. Chr. 31.* è piscatorio munere ad hominum capturam suo Apostolatu à Christo vocatus est. Post Domini ascensum, *ann. Chr. 92.* è Dolio ferventis olei, *Domitiani* Edicto, integer eductus, & illæsus, in *Patmos* *Ægei* Maris Insulam est relegatus, quo in Eremitio scripsit *Apocalypsim*, idest Ecclesiæ clades, & triumphos. Sub *Nerva* postmodum *Ephesum* rediens, Scripto suo *Divinitatem* Magistri Hostibus manifestavit, & Orbi. Dein sub *Trajano*, *ann. Chr. 99.* postremus inter Apostolos, placida morte petiit æterna. In *Monasterio* quodam ejusdem *Insula*, Joannis manus, qua scripsit *Apocalypsim* asservatur, cui *Ungues* quoties rescantur succrescunt, ex *Bellonio*, *Obscr. 1. c. 11.* Ex Catalogo Hæresum habemus apud *Philastrium*, quod *Manichei*, Joannis nomine publicarunt *Acta* ab Ecclesia reprobata, in quibus prodigia, signaque magna *Apostolos* patrasse narrant, adeò ut, adhuc *Bestia* loquerentur; animasque hominum, veluti *Canum*, & *Pecudum* esse blasphemant. Quemadmodum ex *Jacobo* *Genuensi* Antistite, in *L. ann. fest.* ejusdem Joannis nomine, *Liber* quidam profertur, de *Transitu* *Mariæ* *Virginis*, & *Assumptione*, quem *August. Ser. 35. de Sanct.* damnat inter *apocryphos*.

S. Matthæus Evangelista.

Antea *Levi* *Telonarius*, gente *Galilæus*, à *Nazareth*, *Ducu*, & *Karusia* parentibus ortus, ex *Tribu* *Issacharis*, *ann. Chr. 31.* in *Apostolatus* culmine sublimatus à *Christo*, post ejus ad *Cœlos* ascensum, dum per *Judeam* suam

suum *Evangelium* hebraicè exaratum prædicasset, *Hierapoli* in *Parthia*, vel ut aliis placet, in *Æthiopia Asiatica* proprio cruore, Christi fidem illustravit, & auxit, ad ann. Chr. 60. Duorum *Librorum* fingitur esse Auctor, quorum alter, de *Ortu, & Stirpe Mariae*; alter de *Infantia Salvatoris*. Ex quibus *Primi proœmium* ab Hieronymo, ex *Matthai Opere* hebraicè scripto latinè translatum esse, palmariter *Gnostici, & Valentiniani* commenti sunt, quos *Gelasius, Dist. 15.* inter Libros ab Ecclesia proscriptos, meritò abjicit. Circumfertur pariter ejus nomine *Æthiopica Liturgia*; at quia inter alia, *Niceni, Constantinopolitani, & Ephesini Conciliorum Acta* in ipsa commemorantur; nec non & alia plurima recentioris Seculi foetus, longè post laudati *Apostoli* ætatem inventa, eandem, uti *spuriam* volunt quasi communiter Eruditi.

S. *Jacobus Apostolus.*

Menor dictus (ut distingueretur ab alio, quem *Herodes* occidit, qui *Major* nuncupabatur) cognomento *Justus*, Domini frater secundum carnem, non quia filius *Joseph* ex alia conjuge generatus, sed *Cleopha*, *Joseph* fratris, qui *Mariam Cleopha* dictam habuit uxorem. Post ascensum Domini in Coelum, *Episcopus Herosolymorum* ab Apostolis electus, adhuc à Judæis, apud *Josephum* Sanctus profitebatur. Procurante *Anano* Pontifice, morti damnatus est, de Templi cacumine præcipitatus, dein penè mortuus, capite plexus obiit, ann. 61. Ejus nomine *Protoevangelium* circumfertur, sive *Sermo historicus de Nativitate Deiparæ*, in quo, præter alia *figmenta*, illud putidum legitur, nimirum *Josephum, & Mariam* stupri, & sacrilegii accusatos, ex Sacerdotum *Edicto*, insummul ad bibendum redargutionis poculum à *Moyse* institutum.

tutum, ut innocentia foeminae de adulterio suspectae exploraretur, edactos fuisse. Quod quidem ut *absurdisimum* ab omnibus exploditur. Fertur pariter apud *Graecos* ejus nomine *Liturgia*, sive *Missae*; sed quia in ea multa post *Jacobi* tempestatem Consecrator adjecit, nimirum nomina *Consubstantialis*, *Deiparae*, aliorumque, quae post Concilia *Niceni*, *Constantinopolitani*, *Ephesini*, excogitata fuere, Critici potissimum Recentiores, inter *Apocryphas* Scripturas recensent.

S. Paulus Apostolus.

ORtu *Judaus*, ex Tribu *Beniamin*, Secta *Phariseus*, patria *Tarsensis*, clar. ann. Chr. 34. Eiusdem Nominis infestissimus hostis. Cum *Damascum* petiisset, caelesti luce profligatus, ex *Saulo* Paulus, ex *Lupo* Agnus, ex *Judaeo* Christianus, ex *Persecutore* Vas electionis effectus est. Christi Praeco, ejus fidem sua praedicatione per totum Orbem effudit. *Romam* demum Mundi caput *Victoriis* suis consignando, de *Idolatria* clarus triumphis, capite plexus est, ann. Chr. 64. Spuria Opera, quae *Paulo* abjudicantur, sunt: *Epistola ad Laodicenses*, *Apocalypsis*, *Ascensio Pauli*, & *Tecla Acta*, & *sex Epistolae ad Senecam*. Equidem non sum nescius, quod *Clem. Alex. in Strom.* harum meminerit quo ad aliqua; sed haec in *Vulgatis*, quae circumferuntur minimè extant.

Jafon.

Patria *Theffalonicensis*, *Paulo* familiaris, & ex *Dorotheo Tyrio* in *Synopsi*, primus *Troadis* Antistes nominatus. Authorem eum esse cujusdam *Libri*, cui titulus: *Altercatio Jafonis, & Papisci*, docet *Origenes*, contra
Cel-

Celsum, (quicquid dicant alii) in quo *Christianus* ex *Judaicis* Scriporibus cum *Judæo* describitur disputans , planèque demonstrans, quæ de Christo extant *Vaticinia*. Hieronymus tamen, in 1. *Quæst. circ. Gen. s.* ut apocryphum eum sugillat, dum affirmat, quod in *Genesis* exordio hebraicè scriptum sit: *in Filio creavit Deus Cælum, & Terram*, contra *Literam 70. Interpretum*, *Symmachi*, & *Theodotionis*, legentium, prout in *Hebræo* recitatur, *Beresith*, quod *in principio Orbem condiderit*, ut cæteri interpretantur .

S. Matthias .

UNUS ex 70. Christi Discipulis, qui post Dominicam ascensionem, & ante visibilem Paracliti descensum, in Coenaculo, loco *Judæ*, in Sanctissimum Apostolorum cærum cooptatus est; forte, an suffragiis? Consule *Cabasutium in Not. Concil. & nostras Epist. Erud. Ep. 8. Tom. 1.* Evangelium, quod eidem adscribitur ab Antiquitate, ex quo non pauca accepere *Marcion*, & *Basilides*, *Origenes*, *Hom. 1. in Luc. & Eusebius*, L. 3: *Eccl. Hist.* inter Codices ab Hæreticis confictos meritò enumerant.

Judas Iscariotes.

DE ejus origine altum silentium inter Scriptores. Ex *Pelbario* dumtaxat, in suis *Serm. byem. Ser. 3.* hæc prælibavimus; quantæ verò fidei, quispiam ex circumstantiis ejusdem satis cognoscere queit. Dicit enim iste: quod *Judas* in *Hierosolymorum* Urbe habuit natalem, ex *Simone*, & *Ciboria* conjugibus ortus. Priusquam eniteretur, in quiete *Mater* eum sibi parere visa est scelèste *Monstrum*, quod paulatim *Hebræorum* Nationem penitus exci-

excideret. Parentes itaque, ne id contingeret, parvulum penè natum, *Mosis* ad instar in *fiscella* quadam inclusum, *Maris* fluctibus immertere. Undæ, Ephebi parentibus amantiore, in *Insulam* quamdam *Ischariotis* nomine (fortasse in *Utopia* Thomæ Mori verius sitam) Calathum asportantes, in *Regina* loci illius brachiis reperit portum, & sedem, dum ipsum, Sterilis, adoptavit in filium. Temporis tractu *Regina* concepit masculum, quem *Judas* sepius minis, & verberibus persequatur, adeo ut *Mater*, secretum patefacta *Marito*, *Judam* è domo expulserit. Hoc edicto commotus *Judas*, Principe prius occiso, fugam arripuit, & *Hierosolymam* petiit, ubi *Pilati* tunc Præsidis Aulicus effectus est. Uno dierum *Pilatus*, *Viridarii Simonis*, *Judæ parentis*, poma concupiscens, *Judas* nescius de *Patre*, *Viridarium* conscendit, ut *Domino* suo de fructibus satisfaceret; qui objurgatus à *Simone*, hunc lapidibus obruit. Cœlato delicto à *Judice*, sine testibus homicidium impune fuit. In iis ignorantie tenebris involutus *Judas*, *Ciboria* Vidua in *Conjugem* accepta, ab eadem tandem tot circumstantiis labefactatam, suam originem intellexit, & vitam. Undè ob tot scelera, dolore cruciatus, abdicata *Matre uxore*, se comitem *Redemptori* fecit, quem postea morti tradidit, & postremò laqueo se suspendit, ad *ann. Chr. 33*. Hactenus *Judæ Historia*, sive *maris Fabella*, ut verisimile. Sub ejus nomine *Evangelium* circumfertur, quod *Cajani* Hæretici plurimum sunt venerati, in quo magnificè *Proditor* commendatur, quod *Magistrum* suum morti tradiderat, & *Crucis* contumelia subjecerit, sic in *Superis* sancitum opus, ut *Christi* morte, totum salveretur *Genus humanum*. Ex *Epiphanio*, in *1. Panar. & Theodorit. Hæres. Fab. 1.*

S. Mar-

S. Marcus Evangelista.

Genere *Levites*, Petri discipulus, interpres, & comes, nec non & in Baptismate filius, apud Isidorum *Hispal. de Vit. & Obi. SS. c. 84.* A Petro in *Ægyptum* missus, primus in *Alexandria*, sui Episcopatus Sedem instituit, ubi Christi fidem plurimum propagavit. *Appendicem* illam, quæ in aliquibus *Græcorum* Exemplaribus ad suum *Evangelium* legitur, non esse orthodoxam, notant Periti non pauci; quemadmodum, & ejus nomine *Liturgiam* suo ævo recentiorem, *apocrypham* docent recentes Critici. Quod autem scripserit *Vitam S. Barnaba*, incertum est; & multò minus de certitudine habere dicitur, qui illius *Joannem Marcum* fecit Auctorem. Obiit *Alexandria*, ubi martyrium subiit, quo anno, hætenus incertum.

S. Lucas Evangelista.

Patria *Antiochenus*, professione *Medicus*, peregrinationis *Pauli* comes, & cœlibatu celebris. *Ad ann. Chr. 34.* Græci sermonis doctissimus, cujus *Stylus*, qui ex Hieronymo, in *Comment. c. 6. Isai.* tam in *Evangelio*, quàm in *Actibus Apostolorum*, cæteris comptior videtur; plurimum sæculorum redolet *eloquentiam*. *Epist. ad Pauli, & Tecte*, inter apocryphas scripturas ab eodem Hieronymo, *de Script. c. 7.* computatur, cujus *Præsbyterum* quemdam *Asiaticum*, amore *Pauli* fuisse *Confarcinatorem*, docet *Tertullianus*. *Ann.* demum ætat. 84. in *Olea* arboris suspensus, ut dicitur, obiit, *ann. Chr. 70.*

M

S. Bar-

S. Barnabas.

ANno Chr. 34. Joseph antea dictus, Barnabæ verò à *Virtute* nomen assumpsit, quod ad illud aptus esset, idoneusque ex Chryf *Hom. 11. in Act.* Levites genere, ortu *Cyprius*, unus ex 70. discipulis Domini, Gentium cum *Paulo* ordinatus Episcopus, sive Apostolus, ut Christi fidem per Orbem disseminaret. Ejus nomine, una circumfertur *Epistola*, ad Ecclesiæ quidem ædificationem, ex *Hieronymo*; sed quia ab Ecclesia non recepta, cum *apocryphis* enumeratur ab *Eusebio*, *Hieronymo*, *Bellarmino*, *Labbeo*, *Natali*, & aliis. Contrarium verò docent Eruditi non pauci, inter quos *Menardus*, *Vossius*, *Cotelerius*, & alii. Ingenuè nihilominus faterer, quod illa minimè *apocrypha* dicenda est, quia fortè errata comprehendat, aliter ad Ecclesiæ ædificationem, eamdem non habuisset Antiquitas; sed potius *apocrypha* judicanda, quia incertum, num sit nimirum verè *Barnaba* factus. Enim verò, multa in ipsamet coacervantur, quæ Apostolicæ simplicitati videntur inconsona, ut uti *Allegoriis*, aliisque quisquiliis, quibus ut plurimum, nec *Poete* usi sunt. Et quamvis à nonnullis antiquis PP. commendata sit, dum tamen Ecclesia eam in suo non recipit *Canone*, inter apocryphas censenda erit. Non sic de suo *Evangelio* discurrendum, quod à *Gelasio*, *Dist. 15.* sine exceptione proscribitur. In *Cypro* Martyr occubuit, quo anno, non liquet.

Philo.

Gente *Judeus*, domo *Alexandrinus*, familia *Sacerdos*, schola *Platonius*, ad ann. Chr. 40. claruit. Vir fuit,

fuit, ex Eusebio, L.2. c.18. in dicendo copiosus, in sententiis locuples, in Scripturæ intelligentia sublimis, in sensu vero *Allegorico* singularis, & in *Græcorum* literatura eminentissimus. Judaicæ Legationis Princeps ad *Caligolam* missus, posteaque ad *Claudium*, cum Petro Apostolo, testibus *Hieronymo*, & *Photio*, amicitiam habuit, & contubernium, atque fidei Christianæ rudimentis imbutus, & si postmodum ab iis descivisset. Inter Scriptores Ecclesiasticos à *Hieronymo* collocatur, quia multa in *Christianorum* laudem, qui sub *Marco Evangelista* in *Ægypto* asceticè vivebant, conscripsit. Circumfertur *Philonis* nomine *Breviarium temporis*; sed à cunctis, cum cæteris *Historicis* in eo contentis, abjicitur. Prorsus erravit, dicendo, Linguam *hebraicam*, & *Chaldaam* eadem fuisse, ex *Perer. in Dan.*

L. *Annæus Seneca.*

Patria *Cordubensis*, Neronis præceptor, qui omnes sui ævi *Romanos* sapientia anteivit, ex *Dione*, L.58. Nerone jubente, venis incisus, & veneno hausto periit, ann. Chr. 68. Scripsit plurima vulgò nota. De *Epistolis* scriptis ad *D. Paulum*, non memoramus, dicam cum *Lipσιο*, in *Vit. L. Ann. Sen.* Quæ nunc sunt, non sunt tanti; imò certum est ejusdem Authoris, & *Pauli*, & *Seneca* illas esse, & compositas à *Semidocto* in ludibrium nostrum. Tentat latinè loqui quis quis *Author* fuit. Ergo inter se non scripserunt? *Hieronymus*, de *Script. Eccles.* *Augustinus*, Ep.53. ad *Maced.* & 6. de *Civ. Dei*, c.10. atque etiam antiquior utroque *Linus Pontifex*, de *Pass. D. Pauli* asserunt, & passiva opinio olim fuit. Atque adeò *Joan. Sarrisber.* fortiter *Lib.8. Policr.* c.13. desipere videntur (dicit) qui non venerantur eum, quem *Apostolicam* familiari-

tatem meruisse constat . Itaque rejicere hoc totum , & calcare non ausim : fuerint aliqua , sed alia : si ista , requiro *judicium* optimorum Patrum .

Evodius .

Primus post Petrum in *Antiochena* Cathedra constitutus Episcopus, ad ann. Chr. 40. Martyr occubuit. Evodium *Commentarios* scripsisse ; præsertim *Epistolam* , quam *œc* , sive *Lumen* inscripsit, in qua primò Christum Petrum baptizasse , dein Petrum Discipulos alios, testis est Nicephorus, *Eccl. Hist.* L. 2. c. 3. Alia refert Opuscula, *de Nativitate Deipara* ; sed utrumque *Monumentum* commentum suspicatur ab Eruditis , còquod ne levissimam quidem mentionem ejusdem in primis seculorum primordiis antiquis PP. innotuisse .

Hermas .

Anno Christi 44. Apostoli Pauli discipulus ; Opus *Pastoris* dictum, visionibus, mandatis , ac similitudinibus, Ecclesiæ utilibus refertum, *tribus Libris* inscripsit, quod summis laudibus commendarunt Irenæus, Clemens Alex. aliique PP. Attamen ab *Apocryphis* non secerant Ecclesia , cum extrà *Canonem* Scripturæ Sacræ ablegatur ab Athanasio , in *L. de Decret. Nicæn. Synod.* Eusebio , L. 3. *Hist. Eccl.* c. 25. Hieronymo, in *Prol. Galeat.* Gelasio, aliisque pluribus. *Utilia* quidem docet, sed à noxiis hætenus non vindicata ; quicquid dixerint *Natalis* , & alii , ut à *Novatianorum* præsertim errore illud expurgarent . *Vixit ad ann. 66.* Qua morte objerit, incertum .

Pom-

Pomponius Mela.

Hispanus Gente, Geographus antiquus, & elegans, & si concisus, & aliquantulum obscurus, clar. ann. Chr. 45. Scripsit Opus *de Situ Orbis* accuratè, editum cum *Vossii* Observationibus 1658. Hage Comitibus; in quo non pauca errata Cl. Verder. in *Aut. Cens.* advertit, quo ad *Urbes* à Mari longè sepositas; ut potissimum de *Patavio*, aliisque *Mela* sermonem habet, quod quidem *Mari* proximum esse, constat.

Dionysius Areopagita.

Patria Atheniensis, ann. Chr. 50. Vir in summo græcæ literaturæ fastigio nulli secundus extitit. Primum *Athenis* literis incumbit, dein *Heliopoli* in *Ægypto*, ubi illam in *Passione Domini* admirabilem *Eclipsin* contemplan, affatus est: *Aut Deus nature patitur, aut tota Orbis machina dissolvetur*. Rediit inde in Patriam, ubi in *Areopagi* Magistratu coopertus, in prima *Pauli* concione, Deo se tradidit, ac verus Christi Athleta, variis tormentorum generibus superatis, capite plexus est. An sub *Trajano*, vel *Adriano*, aut *Domitiano*, hæcenus incognitum. Num quidquam *Scripti* post se reliquerit, magna inter Eruditos contentio perseverat. Opera, quæ vulgò *Dionysio* adjudicantur, sunt: *De Cælesti Hierarchia*; *De Ecclesiastica Hierarchia*; *De Divinis Nominibus*; *De Mystica Theologia*, & *Epistola* plurimæ ad *Cajum*, ad *Dorotheum*, ad *Sosipatrum*, ad *Polycarpum*, ad *Demophilum*, ad *Titum*, & ad *Joannem Evangelistam*, in *Insula Patmi* exulantem. Quæ quidem *Monumenta* *Dionysio* abjudicant *Launojus*, *Morinus*, *Dallæus*, *Rivetus*, *Scul-*
te-

tetus , àliique innumeri . Non sic cæteri Eruditi cum Natale, Cozza, Bellarmino, aliisque plurimis ex Catholicis , qui *Sext. Synod. Œcumenica, Act. 8.* innixi , per undecim seculorum curricula profitentur laudata *Monimenta* semper *Dionysii* nomine evulgata fuisse . Undè , qui gemina lance utramque sententiam pensitare desiderat ; ex una parte *Cozzam* , & *Natalem* , & ex altera *Gravisonem* , *Launojumque* lectitare non desinat , ut quicquid verisimilius, nec sine *Helleboro* teneat .

L. Jun. Moder. Columella.

Gente *Hispanus*, Gaditanus ortu, Claudii Imper. tempestate clar. ann. Chr. 58. *De Re Rustica* haud rusticè scripsit , eminentior cæteris , qui de hac materia scripsere ,

Quantum lenta solent inter Viburna cupressi.

Sed cuncta ab ipso observata , à *L. Volusio* accepisse dicitur .

A. Persius Flaccus .

Natione *Etruscus* , domo *Volaterranus* , Poeta *Satyricus* , sed propter suam obscuritatem, ejus *Carmina*, veluti *Oracula* ipse Vates effudit , ex *Vavasor. de ludric. dict. p. 239.* Omnia , quæ de *Moribus* differit , ex *Platone* excerptis , apud *Ludov. Viv. in August. de Civ. Dei , L. 2. c. 6.* Clar. ann. Dom. 56.

Abdias .

Origine *Hebraus*, unus ex 70. Christi Discipulis , ut dicitur, qui ann. Chr. 59. unà cum *Simone*, & *Juda*,

da, in *Perside* comes, *Babyloniæ* Episcopus ab iisdem est constitutus. Scripsisse dicitur *Historiam Certaminis Apostolici*, in Lib. x. distributam, idiomate *hebraico*, translata ab *Entropio* Græcè, & Latine à *Julio Africano* conversam, multis fabellis, quisquiliisque refertam; ast quia *Libri* hujus in *Veteribus* mentionem nec minimam habemus, eos inter *apocryphos* computamus.

Marcellus.

Patria *Romanus*, *Marci* Præfectura in Rom. Arce redimiri filius, *Simonis Magi* olim auditor, ad ann. Chr. 59. flor. qui postmodum excitatus ad fidem miraculis *D. Petri*, ab eodem aqua tinctus, proprio cruore Ecclesiam cohonestavit. Scripsisse fertur *Monimenta*, de *Conflictu S. Petri*, & *Simonis Magi*: de *S. Petronilla*, filia *D. Petri* obitu: de *Passione S. Felicis*: de *Passione S. Nicomedis*, aliaque apud *Sigebertum*; sed cuncta *supposita* censentur ab *Eruditis*: potius *Marcello* 1. *Summ. Pontif. ann. 349.* adscribenda.

Prochorus.

EX septem *Diaconis* unus, *Joan. Evangelistæ* discipulus, & *Amanensis*. Ejus *Historiam*, de *Vita*, *Miraculis*, & *Assumptione S. Joannis*, ut potè tanto *Viro* indignam, fabulis, nugisque refertam, meritò damnatam fuisse ab *Ecclesia*, cuncti *Critici* clamant.

Præbyteri, & Diaconi Achajæ.

AD ann. Chr. 59. *Neronis* verò 6. post medium primi *Seculi* scripsisse dicuntur *Encyclicam Epistolam*,
de

de Passione S. Andrea Apostoli, quam Etherodoxi penè communiter volunt *apocrypham*, sic à Gelasio, & Innoc. 1. à *Canonicis* eliminatam. Si de *Actis S. Andrea*, prout à septingentis annis ad hæc usque tempora PP. testimonio S. clamat Ecclesia in suo *Officio*, intelligantur, omninò tanquam iniqui sunt explodendi Contradiçtores, cum genuina ea esse, & sincera profiteatur *Antiquitas*. Dumtaxat *Apocrypha Acta* illa dicenda supponimus cum Gelasio, Augustino, & Innocentio, quæ *Manicheorum* fabulis fuere corrupta; & insuper illa, quæ à *Leucio* conficta, variis nugis, & falsitatibus nobis exposuere iidem *Manichei*, Augustini tempestate, ut observat Natalis, *Hist. Eccl. N.T. Sec. 1. c. 12.* & cum eo Eruditi cordatiores.

M. Annæus Lucanus.

Cordubensis Poeta, & Historicus celebris, clar. ann. Chr. 60. Verè Poeta Miles in suis *Pharsaliis*, in quibus potius pugnare, quàm canere conspicitur. Uxorem habuisse coadjutricem (quæ *Polla Argentaria* vocabatur) in suis *Pharsaliis*, imò & viventem Maritum plurimum in *Carmine* adjutasse, censet Vossius, *de Poet. Lat.* Tandem in *Pisoniana* conjuratione, à *Nerone* venis incisis, morti damnatus fuit, ann. 65. æt. suæ 26.

Linus Papa.

Gente *Italus*, patria *Tuscus*, *Claudiæ* filius, clar. ann. Chr. 64. Primus post S. Petrum in *Vaticano* Summ. Pontif. est institutus. Duo illi *Libri*, qui ejus nomine circumferuntur, *de Historia Passionis S. Petri*, & *de Historia Passionis S. Pauli*, inter pseudepigraphas Scripturas enumerantur, eò quia multos errores contineant, nec ullius cen-

consentur auctoritatis , ut jam Eruditorum consensu nimis exploratum habet *Ecclesia* . Dum etenim Confarcinator supponit Apostolorum Principes , invito *Nerone* , ab Agrippa Urbis Præfesto cæsos fuisse ; Petrumque *Xandippem* Albinæ uxorem à Viri sui thalamo , & commercio abstraxisse , *Historia Romana* , Legisque Evangelicæ *Edictum* , satis Authorem pro *Impostore* , similibus nugis adjudicare non dubitant .

T. Petronius Arbitr.

Romanus Eques , Poeta purissimæ impuritatis , flor. *Neronis* tempestate , ad ann. Chr. 64. Scriptor tersus , & venustus extitit ; sed in suis *Satyris* spurcissimus , & lascivus .. *Fragmenta* suæ *Miscellæ* habemus , mera *Excerpta* alicujus *Studiost* , qui , quæ ad suum genium illo in Scriptore repererat , compilavit , ex *Voss. de Poet. Lat.*

Clemens Papa.

Patria *Romanus* in Monte Cælio , Faustino , & *Mattidia* conjugibus ortus , ut dicitur , Pauli Comes , & Petri discipulus , ad ann. 65. Rom. Ecclesiam ut Summ. Pontif. tertius post S. Petrum sanctissimè gubernavit , ac in *Chersonam Ponticam* martyrio laureatus , palmam obtinuit . Quæ de eodem recensentur , putant non pauci cum *Cl. Doduvello* confusa permisceri cum iis , quæ de *Fl. Clemente Consule* , Domitiani Imper. Consobrino , & *Martyre* circa eandem tempestatem passo , commemorantur . Quicquid sit de hoc , exceptis *duabus Epistolis ad Corynthios* exaratis , cætera eidem adscripta inter *apocrypha* enumerantur ab Eruditis . Et sunt 1. *Quinque Epistola Decretales . Dna. ad Jacobum fratrem Domini* , quæ anacronif-

N

nif-

nismum olent; supponuntur etenim exaratae post obitum S. Petri, quod falsitatem perspicuè indicant; nam cum S. *Jacobus* recenseatur occisus *septimo* Neronis anno, ante Petri consequenter crucifixionem, *duodecima* Neronis anno Romæ martyrio passi, quomodo post mortem Petri harum *Epocha* consistere queat? *Tres* verò aliae ad *Hierosolymitanos*, & ad varios *Episcopos* directæ, quia ab *Epistolis ad Corynthios* scriptis, diverso prorsus *stylo*, & *sententiis* videantur conscriptæ, non dissimiles aliis, quæ ad *Siricium Papam* recitantur, cunctas ut *apocryphas*, & ex *Isidori Mercatoris* officina prodiisse, Eruditi penè omnes demonstrant. *11. Constitutiones Apostolorum*, prorsus à *Clementis* calamo alienæ visuntur, tum quia à *PP. antiquis*, minimè ejus nomine memorantur; tum pariter, quia à veritate dissonæ, *Hereticorum Baptisma* iterandum fore, declarant. *11 r. Recognitionum Libri x.* ad *Jacobum fratrem Domini*, qui multis *fabulis*, *Dogmatibus Catholicis* adversantibus, sunt referti, à *PP.* communiter exploduntur. Idemque judicium, de *Recognitionibus*, ac de *Petri Itinerario* faciendo, necesse habeo: Opus certè ineptum, quod S. *Clementem* parentem habeat. *Ejusdem* furfuris sunt *Homiliae undeviginti*, *Liturgia*, & *Canones Apostolorum* (si quinquaginta dumtaxat à laudatis excipiantur) Nisi velimus cum aliis dicere, *Opera* suprâ exposita esse quidem *Clementis*, sed plurimum ab *Hereticis* deturpata. *Judicent Peritiores.*

Martialis.

S Petri Comes, & ab eo *Lemovicensis* creatus Antistes, clar. ann. 70: *Duas Epistolas* scripsisse fertur, ad *Burdigalenses* unam: ad *Tolosanos* alteram; utramque fabelis, quisquiliisque refertam. Supponunt etenim *Martialem*

lem esse de numero *Apostolorum*, ac proinde interfuisse cum aliis Discipulis, quando *Judas* Dominum osculo prodidit, contra *Marci Evangelium*, quod dumtaxat cum *duodecim* Hortum intrasse Dominum, aperte recenset. Similiter meminit cujusdam Regis Galliae, *Stephani* dicti, quem, & alios *Apostolorum* tempestate, *Gallia*, praeter *Romanos*, nec ad miraculum vidit. Tertio, saepius utantur *Vulgata Hieronymi Versione*, quod novitatis signum perspicue indicant; aliaque quae *Heraclito* risum provocant; & si aliqua in parte eas interpolatas esse, Eruditi non abnuant.

C. Silius Italicus.

Neronis tempestate flor. ad ann. Chr. 72. Orator potius dicendus, quam Poeta. *De Bello Punico* 11. Lib. 17. comprehendit Opus, quos majori cura, quam ingenio concinnavit, ex *Plinio*, L. 3. *Epist.* 7. *Ridiculus Virgilii* imitator à *Dempstero*, in *Elench. Script.* vocatus est. Vitam inedia abruptit, ann. æt. 75.

C. Plinius II.

Gente *Italus*, patria *Veronensis*, clar. ann. Dom. 75. Plura scripsit; sed de sua *Naturali Historia* optimè meritis extitit. Vir totius *Antiquitatis* pervestigator. Ejus nihilominus *Scripta* cuncta ex *Dioscoride* compilasse dicitur. Et quod mirum, cum omnes Authores recenset, *Dioscoridem* tantum silentio involuit. In *Vesuvii* flammis, dum ejus causam indigare cupiebat, infeliciter periit.

Jul. Solinus.

PAtria Romanus, ut creditur. De ejus ætate Literæ silent. Celebris in suo *Polythore*, quem suffuratum Critici volunt ex *Historia Pliniana*, præsertim, cum de *Animalibus* verba profert; ideoque *Plinii Simia* ab Eruditis passim vocatus, apud *Hermol. Barb. L.3. c.7.* ingratitude eò magis, dum *Plinium* ipsum semper dissimulat, per quem profecit, impetitus est. Quamvis non defuerint alii, qui ante *Plinium*, *Solinum* existimantes, ex eo potius *Plinium* sua compilasse dicunt. Judicent Peritiores.

Cerintus.

Judeus genere, ann. Chr. 80. Christi fidem amplexatus est; sed adeò Judaicæ Legis zelo addictus, ut *Gentiles* quoque ab Ecclesia eliminare coegit. Hinc ab Ecclesia rescissus, *Heresim* in Asia multis falsitatibus coarctatam disseminavit. Ex *Dionysio Alex.* habemus, quod multi *Cerintho Apocalypsin D. Joannis* adscripsere; sed Commentum hoc satis, superque novit Ecclesia, & quam falsum sit, cuncti Eruditi clamant.

Q. Curtius Rufus.

Gente *Italus*, sed de patria, & tempore, quo vixit, cuncti vel silent, vel errant. Supponitur à Cordatioribus, illum claruisse ann. Dom. 80. Id præ cæteris sanè certum, de sua *Historica latinitate*, & candore cunctis præire. *Decem Libros* composuit egregiè de *Rebus Alexandri M.*, quorum duo priores prorsus periere. In S. Vi-
cto-



toris *Bibliotheca*, primum *Librum Q. Curtii* asservari supponunt quidam, sed perperam id judicarunt Eruditi, potius *Petrarchæ* factum existimantes. Non pauci *Curtii* nomen commentitium fecere, fictamque pariter ejus *Historiam*, suspicantes, vel quia non citatus Author à *Veteribus*; vel quia de *Gange*, & *India*, aliisque ipse loquatur, de quibus antè *Ptolomeum* profunda ignorantia habebatur, adeòque, vel recentem, vel fictum *Authorem* fore, sunt suspicati. Sed frustratoria cuncta, apud cordatiores.

M. Valerius Martialis.

Natione *Hispanus*, *Bilbiri* in *Celtiberia* natalem habuit, ad ann. Chr. 82. Plura scripsit sale, & felle, nec minus candore referta. Duo priores *Libri*, qui *Speculaculorum* nomine circumferuntur, alterius *Scriptoris* sunt factus, ex *Borrich. de Poet. p. 63. 64.* Dum vixit *Domitianus* Imper., *Tribunitia*, & *Equestri Dignitate*, fuit insignitus, fato verò functus, & ipse vitæ tedio excessit.

P. Papinius Statius.

Gente *Neapolitanus*, *Domitiani* tempestate flor. ann. Dom. 85. *Eruditus in Sylvis*: (*Lib. 5.*) *Sublinis in Thebaide*: (*Lib. 12.*) *Blandus in Achilleide*: (*Lib. 5.*) *Poeta* inimitabilis extitit. *Paupertate* exagitatus, *Tragediam* suam (*Agava*) dictam, *Paridi* vendidisse dicitur, ut pro sua publicaret; ideòque *Statio* restituendam censet *Borrich. de Poet.*

M. Fa-

M. Fabius Quintilianus .

Gente Hispanus, domo Calogoritanus, eloquentiæ Magister, & eminentissimus naris Vir, ex *Causabon.* clar. ann. Chr. 83. Vespasianî tempestate Scholam Rhetoricæ Romæ publicè instituit. Doctè de Rhetorica scripsit; sed Opus illud, de *Corruptione Eloquentiæ*, Tacito adscribitur ab Eruditis.

Sex. Julius Frontinus .

Vir Consularis, & Geometra maximus, clar. ann. Dom. 85. Urbis Romæ *Elogium*, quod in Opere de *Aqueductibus* circumfertur, hisce verbis: *Regina, & Domina Orbis, quæ Terrarum Dea, Gentiumque consistit, cui par nihil, & nihil secundum*, Frontinî minime esse, *Lips. de Magn. Rom. L.1. c.2.* ostendit.

Ignatius Martyr .

DE ejus origine Literæ silent. S. Joannis discipulus, post Evodium, *Antiochenam* rexit Ecclesiam. Senio damnatus ad Bestias, Trajano imperante, Romæ martyrium subiit. Hunc nonnulli existimant fuisse *Puerum* illum, quem Christus manibus suis sublatum Discipulis exhibuit. Ejus nomine *Epistola*, dignissimæ sunt unctio- nis, & pietatis plenissimæ, apud Dupinum, *Nov. Biblioth.* tamen plurimum ab Hostibus interpolatæ, ex *Cave, in Sec. Gnost.* Quæ suppositæ videntur, sunt: *Ad Mariam Cossobolitam. Ad Tarsenses. Ad Antiochenos. Ad Heronem. Ad Philippenses. Ad B. Virginem; & ad Joannem Apostolum*, ut potè factus recentioris ætatis, apud Eruditos. Clar. ann. Chr. 90. D. Jun.

D. Jun. Juvenalis .

AQuino oriundus , inter *Satyricos Poetas* facile *Prin-*
ceps, clar. ann. Dom. 95. In taxandis moribus acer,
adeò ut ex *Marc. Zuér. in Ep. Vinc. fabric.* nemo vitia *se-*
culi sui altius penetrarit , nemo gravius , & cum majori
indignationi perstrinxerit . Obiit ann. 12. *Adriani* .

Fl. Josephus .

Gente *Judeus*, patria *Hierosolymitanus*, Regio sangui-
ne *Hasmoneorum* ex Materna , & ex Paterna linea
Matathie, Ordine Sacerdotali, percelebris; qui in excidio
Hierosolymæ captus à *Tito*, *Romam* ductus est. *Literarum*
ita omni laude dignus (quem *Græcum Livium Hierony-*
mus appellavit) ut ejus *Monumenta* publicæ *Romanorum*
Bibliotheca traderentur, æneaque *Statua* in *Foro*, digni-
simè fuerit adjudicatus. *Josephi Testimonium de Jesu Chri-*
sto, quod ejusdem Religioni non mediocrè favet apud
Eusebium, *Hieronymum*, aliosque *PP.*, enervare nititur
Tanaquillus Faber, in *Ep. Crit.* p. 126. Sed nedum *Isacum*
Vossium habuit *Contradictorem*, sed communiter corda-
tiores *Peritos*, qui verè tamquam genuinum, & non in-
sitium foetum *Josepho* attribuunt . Et certè *PP.* antiqui,
niti scivissent ab eodem ità fuisse exaratum, nunquam
Josepho adjudicassent . Verum quidem est ex *Bellarmino*,
de Script. Eccl. , quod *Hebræi* tale *Testimonium* in eorum
Josepho non habent ; ratio tamen est *promptuaria* , quia
Hebræi non habent *Josephum Matathie* filium , sed *Jose-*
phum Garionis, qui non *Græcè* , sed *Hebraicè* similia con-
texuit, in quo proculdubio, sicut in alio non invenitur .
Vivebat ann. *Chr.* 93. *Circà* reliqua, mendacem in multis
eum sugillant *Eruditi* .
Cor.

Cornel. Tacitus.

Romans origine, sanguine illustris, & literis, Trajani Imper. tempestate maximè claruit, ann. Chr. 100. Historicus, & Annalista celeberrimus. *Rom. Annal.* scripsit: *Vitam Jul. Agricola*: & *Germanorum Historiam*, in hac, *Dictione* uberrimus; in illis concisior, ex Vossio, *de Hist. Lat.* Et si ingenio præclarus, adversus verò *Christianos*, & *Judeos* sceleratissimus, ex *Budao*: mendacissimus, ex *Tertulliano*; & adulator, ex *Orosio*; adè ut deliria varia in iisdem, *Veritate* contradicente, confarcinarit.

Plinius Junior.

Novocomensis, Plinii senioris ex Sorore nepos, Trajani *Panegyrista* tersus, candidus, gravis, floridus, & disertus, clar. ann. Dom. 100. Præter *Panegyricum*, & *Epistolas*, Librum scripsisse fertur *de Viris Illustribus*, de quo dubitatur ab Eruditis, an iste foetus *Plinii* nostri sit.

Plutarchus.

Gente *Beotus*, domo *Cheronensis*, *Pythii Apollinis* Sacerdos, clar. ad ann. Chr. 104. Vir fuit *Ethica*, *Historica*, *Politica*, *Philosophica* ad stuporem insignis. Plura scripsit *exotica*, & *egregia*; sed *Lycurghi Vitam* ex antiquis Auctoribus illam eum compilasse, docet *Jacob. Palmer. Exerc. inept. Anth.* Imò ex *Melchiore Cano*, *Plutarchus*, alioqui verax, in *Locis Græcorum* illustrandis, & cæcutire, & fingere interdum videtur.

S. Polycarpus .

Smyrnenfis Episcopus, clar. ann. Chr. 110. Vlr, ex Ite-
næo, L. 3. c. 3. qui nedum ab Apostolis eruditus, sed
eum multis, qui Dominum viderent, familiariter versa-
tus; verùm & in Asia Smyrnenfis Ecclesiæ à Joanne Ma-
gistro Antistes ordinatus est. In illa gravi de die Pascha-
tis disceptatione, Romam venit, ubi à Papa Aniceto fami-
liariter acceptus, non paucos Marcionis, & Valentini er-
rore deceptos, revocavit ad fidem. Demum Antonino
 Pio dominante, Smyrna ad Rogum damnatus, ab igne
divinitus ereptus, postremò gladio transverberatus,
Martyrii palmam promeruit. Anno Chr. apud Pearf. 147.
Fertur, præter alia, integrum Opus, de Obitu S. Joannis
Magistri sui composuisse, quod hodie MSS. in Gallia
Cisalpina, apud Bibliothecam Abbatix S. Floræ prætiosis-
simè asservatur, sed ut apocryphum à Cave, in suo *Sæc.*
Gnost. abjicitur.

Papias .

Patria Hieropolitans, & ejusdem Urbis Episcopus,
S. Joannis Apostoli, vel alterius Joannis senioris audi-
tor, ac Polycarpi sodalis. In suis quinque Libris, de Ex-
planatione Sermonum Domini, cujus dumtaxat nonnulla
Fragmenta supersunt, apud Eusebium, L. 3. Hist. Eccl. in-
sinuatur sententia illa, sive Fabula de Millenario in terris
Regno Christi futuro cum Sanctis suis, cujus ipse antesi-
gnanus extitit, & princeps, quamvis tempestate illa non-
dum contrà eandem opinionem judicium Decretorium,
ut nunc, promulgasset Ecclesia. Ann. Dom. 100.

O

C. Sue-

C. Suetonius Tranquillus.

CLar. Trajani, & Adriani Imp. temporibus, ann. Dom. 112. *Augustorum Vitas* descripsit candidissimè, & emendatissimè. In *Gestis* verò *Christianorum* enarrandis sceleratissimus, & in carpendis *Principum* libidinibus verax, sed audax nimis. Plura ejusdem Authoris *Fragmenta* habemus de *Grammaticis*, & *Rhetoribus*; an verò *Vita* Horatii, Terentii, Portii, Lucani, eidem adscribenda sint, in bivio sunt Eruditi.

Aulus Gellius.

GRammaticus, publicus penè *Literarum* Censor, clar. ann. Chr. 112. *Hostium Asticarum* Scriptor facundus; sed homo *rhapsodus*, congestor potius, quàm digester, ostentator, quàm peritus, ac in verbis, sententiisque putidulus, ex Ludov. Viv. L. 3. de *trad. Discipl.* extitit.

Basilides.

Gente *Alexandrinus*, Saturnini sodalis, & Menandri auditor, *Gnosticorum* antesignanus, & vexillifer, Artisque *Magica*, inter suos famosus. Ann. 112. Hæreseos suæ venena *Ægypto* sparsit, & Orbi; quique *Menandri*, *Simonisque* impietates cum suis ineptiis coacervando, nequitiae famam in primis Ecclesiae seculis est consecutus. Viginti quatuor Libros *Commentariorum* in suum *Evangelium* exaravit, ex *Valesio*, quorum *Fragmenta* impietatis referta, apud *Epiphanium*, *Heret.* 24. n. 1. quisque reperiet.

Epi-

Epiphanes.

ANno Chr. 120. Patria *Alexandrinus*, *Gnostica* impietatis conditor, vel æmulator extitit. *Carpocratis* parentis errorum vestigia profecutus, putidorum dogmatum *Author* fuit, & exemplar. Scripsit *Librum de Justitia*, in quo *Mulieres* omnes *Viris* singulis *communes* esse debere, blasphemavit. Extant ejusdem *Fragments* apud *Clem. Alex. Strom. L. 3.*

Valentinus.

Natione *Ægyptius*, *Platonica* doctrinæ *Seclator* acerrimus. *Ann. Chr. 120.* Ab *Episcopatu*, quem multum concupierat, ob demerita repullus, fidem deseruit, ac in *Hæreseos* infaustillimè erupit. Multa fabulosa eructavit, suorum *Æonum* genealogiam, ex *Hesiodi* fortè sentina effossam confinxit, ac contrà *Deum*, *Divosque* suis erroribus maledicta confarcinavit. Plura scripsit impietate plena, apud *Origenem*, *Tertullianum*, & *Clementem Alex.* quæ sunt; *Evangelium*. *Psalmi*. *Epistola*, & *Homilia*.

Appianus.

Domo *Alexandrinus*, *Historicus* celeberrimus, flor. ann. Dom. 123. *Romanam Historiam* composuit, quæ verò supersunt, in *Quinque* dumtaxat *Libris* hodiè secernuntur. Ipsum in suo *Opere* *Scaliger* vocat alienorum laborum *fucum*, & profectò ex *Vossio*, de *Hist. Græc. L. 2. c. 13.* Nam *Appiani* plurima debentur *Polybio*; nec pauca ex *Plutarcho* verbatim excerptisse, notantur.

Marcion.

Patria Ponticus Sinopensis, Catholici Antistitis filius, qui ipsum ob cujusdam Virginis deflorationem, à Fidelium Coetu rejecit. A Romana Ecclesia, in quam confugerat, abdicatus, *Cerdonis* Scholam secutus, suos errores in discipulos uti Magister fœdissimè sparsit. *Ann.* 128. Nuptias abstulit, Evangelia corrosit, & quicquid ex *Stoicorum* sentina hauserat, foras erupit. *Duos Libros* evomit, quos præ cæteris, divinis laudibus extollit: *Evangelium*, & *Apostolicum*, primum ex *Lucæ Evangelio*, secundum ex *Pauli Epistolis* confarcinavit, mendis, quisquiliisque plurimum depravatos, apud *Epiphan. Hæres. 42.* Demum, ex *Tertulliano, L. de Præscript. c. 30.* Marcion poenitentiam confessus, cum conditioni datæ sibi occurrit, ita pacem recepturus, si cæteros, quos perditioni erudisset, Ecclesiæ restitueret, morte præventus est.

R. Achivà.

Inter Hebræos, doctrina insignis, *clar. ann. 129.* Plura scripsit, præsertim super *Balaam Prophetiam*: *Orietur Stella ex Jacob*; quam completam esse in persona *Bar Cozba, Filii Stella* dicti, prædicabat. Hinc perduelles Judæi facti, ab *Hadriano Imper.* trucidati fuere.

Cl. Ælianus.

Gente *Italus, Præneste natus, Romanus Civis, Græca, & Latina eloquentia clarus flor. ann. 129.* Varia scripsit, & doctè; & quidem *Opus de Animalibus*, intomparabile; & *de Re Militari*, facundum. Monumentum
verò

verò de *Varia Historia*, sanè imperfectum, non quia ab eodem minimè elucubratum, sed quia Fato ipse præventus, extremam *Operi* manum non dedit, ex *Voss. de Hist. Græc.*

Diogenes Laertius.

EX *Laerte Ciliæ* oppido natalem duxit. Clar. ann. Chr. 140. Plura scripsit; sed in suis *Philosophorum Vitis*, apprimè excellens. Eidem *Platonis Vita*, *Zenonis Dogmatum Epitome*, & *Epicuri Epistola tres*, abjudicantur ab Eruditis. Hunc sugillavere Eruditi, eò quod scripserit, *Philosophiam* solum à Græcis habuisse genealogiam.

Justinus Martyr.

N*æapoli* *Palestinæ* oriundus, *Prisco Bacchio* parente natus, *Philosophiæ Platonica* addictus, cum *Martyrum* *constantiam* admiratus esset, *Christi* fidem est amplexatus, ipsam habitu philosophico prædicando, ex *Eusebio*. Tandem ad ann. 140. postquam eandem suis propugnasset *Apologeticis*, proprio sanguine gloriosissimè illustravit. Opera ejus suppositia, hæc recensentur ab Eruditis, recentioris ævi post *Justinum* aliis adjudicata: nimirum, *Aristotelicorum quorundam Dogmatum everso*. *Epistola ad Zenam, & Serenum*. *Quæstiones, & Responsiones ad Græcos*. *Quæstiones Græcæ, de Incorporæ, &c.* *Christiana Responsiones*. *Quæstionum 146*. *Responsio ad Orthodoxos*. *Dubitationum adversus Religionem Summaria solutiones*. *Expositio fidei de S. Trinitate; aliaque*.

Aqui-

Aquila.

NAtione Ponticus, ex Synope, clar. ann. Chr. 128. utriusque *Mathesos* peritissimus, ac propter id munus Adriano Imper. apprime charus. Apostolorum exemplo, & prædicatione, ex Gentili, Christianorum fidem amplexatus: propter vanam, ac genetliacam *Astrologiam*, cui plurimum addictus erat; & sæpius objurgatus, eam nunquam deseruit, à Fidelium coetu pulsus est. E Christiano Judæus factus, ac R. Akibæ discipulus, Christiani nominis infestissimus hostis, novam *Bibliorum Versionem Græcam* est aggressus, eo fine, ut *Fidem*, ac *Christi Testimonia* per Scripturas illustrata, suis commatibus commacularet, ut videre est apud Hieronymum, *Epist. n. 113.* ubi de *Aquila*, & cæteris hæc habet: *Judeus Aquila, & Symmachus, ac Theodotio, Judaizantes Heretici, multa Mystera Salvatoris subdola interpretatione celarunt.* Quicquid dixerat de eodem ad Damasum, *T. 3. p. 35.* & ad Marcelinum, *T. 2. p. 312.*

Cephaleon.

AD ann. 128. floruisse dicitur. Hic Patriam celavit, *Homeri* ad instar, ut Urbes, ut suam haberent, decertarent. In sua *Historica Epitome*, cui *Musarum* nomina imposuit, ex *Photio*, mendax nimis, & fabulator apud *Bruditos* extitit. De sua morte non liquet.

Pausanias.

Cæsarea Cappadocia natus, magnum nomen *Sophista* acquisivit, Adriani, & Antonini Pii tempestate, ad

ad ann. Dom. 139. *De Græciæ Antiquitatibus*, quas exactè scripsit, egregiè meritus; sed *fabulator* in multis. Romæ decessit .

Justinus Historicus.

Antonini Pii Imper. tempestate, ad ann. Chr. 142. claruit. *Trogi Pompei* abbreviator, cujus *Gesta* corrasit, admutilavit, & ex Gasp. Sciop. *Consul.* 41. non uno loco verbis ferrea demum ætate usurpari cæptis, inquinavit. Plurimorum errorum in *Rebus Judaicis* eum convincit Pererius, *Comment. in Dan. c. 4.* Mendacem in multis, eum vocat *Vopiscus*; nec eo minorem *Trogum* ipsum præceptorem. In *Chronologia* crassè hallucinatus, cujus errores, & sanè graviores, *Justino* potius, & non *Trogo* fama clariori, adscribuntur, à *Francisco Mothaeo le Vayer*; & si stylo disertò, tersò, & eleganti videatur Eruditis; ejus gratia dispendio *Trogo* profectò fuit, ut iste penitus interiret .

Arrianus.

Patria *Nicomediensis*, Epitecti discipulus, ac ab Hadriano Augusto in Consulenti inauguratus, clar. ann. Chr. 147. Eloquentiæ, & sermonis Attici lepore, *Xenophon* alter. Plura scripsit *Historica*, *Parthica*, *Bithonica*, *Romana*, & *Indica* in expeditione *Alexandri M.* Nunc tantum habemus *Ponti Euxini*, *Erythrei Periplum*, sive *Lustrationem*: *Epitecti Dissertationes*, & *Alexandri expeditionem*. Quod verò *Indica* adhuc supersint, ambigitur ab Eruditis .

Ptolomeus.

INter *Gnosticos* doctrina, & impietate nulli secundus. Ad ann. Chr. 150. Ad Floram suam propriæ libidinis cooperatricem, *Epistolam* scripsit, maledictis plurimum refertam aduersus *Mosaicam Legem*, apud Epiphanium, *Heres.* 33.

Athenæus.

GRammaticus *Naueratita*, M. Aurelii tempestate flor. ann. Dom. 155. ex Hofman. *Deipnosophistarum*, siue Sermonum Convivalium L. 15. composuit, & quidem eruditè, ut *Plinius* alter *Græcus* habitus sit. Propè infinita verba ex *Aristotile*, & *Theophrasto* deprompsisse dicitur, apud *Causab. Animadvers. in Athen.* L. 2. c. 20.

Pius Papa.

A*quilejensis*, Romanæ Cathedræ Summus Hierarcha, clar. ann. Chr. 158. Fertur scripsisse *Epistolas duas ad Iustum Viennensem*; sed concordî Eruditorum calculo inter spurias illæ abjiciuntur, cum à nullo antiquitatis *Patrono* vindicentur.

M. Aurelius Antoninus.

IMperator optimus, ac Philosophus Augustus, clar. ann. Dom. 161. Præter *Philosophica Precepta* per *Causabon.* eruditè emendata, Notisque redimita, *Vitam suam*, L. 12. omnis humanæ Sapientiæ summam complectentem, composuit. Hinc eadem ab *Antonio Guevara* Mendonensî Epi-

Episcopo, *Hispanicè* edita, variisque *Editionibus* evulgata, nil *Antonini* habet, sed suppositia tota, ex *Voss. Hist. Græc.* Obiit ann. Chr. 180. ætat. 59. Imper. 19.

L. Apulejus.

Domo *Madaurensis*, Philosophus *Platonicus*, in utraque lingua *Græca*, & *Latina* doctus, clar. ann. Dom. 163. Plura scripsit, sed cautè legenda esse, docent *Periti*. Ejus opus, *de Aureo Asino*, ex *græco Asino* *Luciani* descripsit, ex *Neandr. Geograph. p. 3.* Librum quoque suum, *de salutaribus Remediis*, ex *Plinio* totum compilavit, ex *Joan. Budæo, L. 1. c. 9.* & *Theophrastum* corrasit, *de Plantis*. *De Mundo* verò, alterius ope *plagiarius* est, ex *Arnold. Boot. in L. 2. c. 5. Animad.*

Cl. Ptolomeus.

Gente *Ægyptius*, domo *Pelusiensis*, *M. Antonini* Imper. tempestate floruit. Inter *Astrologos*, *Mathematicos*, & *Geographos* sui ævi Princeps. Plura scripsit *Astronomica*, & *Geographica*; sed non pauca ab *Hipparco* mutuatus est. In *Geographicis* plurimum erravit, nec in *Astronomicis* minus, ex *Paul. Mer. in Pref. Geograph. & Cl. Verdeg. in Auth. Cens.*

Cl. Galenus.

Pergamo *Asia* oriundus, *M. Antonini* Imper. ætate claruit. Medicorum Decus, Artis Medicæ lumen, & veluti Numen quoddam habitus est, ex *Sebast. Schaf. Introd. in Art. Med.* Perperam quidam eum *Christo* cœvum faciunt, ac eum *Magdalena* collocutum tradunt, ex

P
Glyc.

Glyc. L. 3. *Ann.* Christianorum hostis infestus . Multa sua hic *Hippocrasi* tribuit, quæ neque in quiete Vir ille optimus somniarat, majoris auctoritatis dumtaxat captandæ causa . Senio tandem confectus, obiit .

Abercius .

Hierapolitanus Antistes, ad ann. 164. pro fide multa passus, tandem *M. Aurelio*, & *L. Vero* imperantibus, placidè obiit . Sub ejus nomine *Liber* extat, *De Disciplina*, in Præsbyterorum, & Diaconorum suorum *utilitatem*; sed quemadmodum ejus *Acta* apud *Maneos Græc.* spuria, pariter, & Opera .

Theophilus .

Patria *Antiochenus*, in omni *Paganorum* literatura insignis; demum Christiana luce perfusus, Christi fidem amplexatus est . Ad ann. Chr. 168. ad Cathedram *Antiochensem* evectus, literis, & exemplis; Ecclesiam illustravit, & auxit . Præter *Monumenta* celeberrima Ecclesiæque utilia eidem adscripta, plura ejus nomine circumferuntur *Volumina*, nimirum: *Libri Allegoriarum in 4. Evangelia*, apud *Biblioth. PP. T. 1.* Sed Hieronymo ea non videntur cum superiorum *Voluminum* elegantia, & phrasi congruere .

Lucianus .

Samosatensis, rustico sanguine ortus, clar. ann. Chr. 170. Ex Christiano *Atheus* factus, Deorum, Hominumque irrifor extitit . Plura scripsit eloquentiæ multæ, & sapientiæ vacuæ . Plurima à *Menippo* mutuatus est, & si fa-

si facie diversa, ex *Causab. de Rom. Satyr. L.2.* Tandem, qui plurimos scommatibus laceravit, devoratus à *Cani-bus*, miserè periit, apud Hieronymum in *Catal. Dialogi Opera in Indic. Rom. prohibentur impress. ann. 1664.*

Melito.

A *Sianus, Sardensis Episcopus, Vir pietate, prophetia, & literis eminens. Ann. Chr. 170.* Sub Antonij. Vero Imper., cui *Propugnacula pro Fide Christiana* obtulit, floruisse dicitur. Extat sub ejus nomine Liber de *Transitu B. M. Virginis*; sed ut *apocryphus* cum Gelasio, a toto Eruditorum Coetu rejicitur.

Hegefippus.

N *Atione Judæus, apud Photium, Cod. 232. ad ann. Chr. 170. Aniceti, & Eleutherii Rom. Pontif. tempestate sanctissimè floruit. Legitur ejus nomine Historia Excidii Hierosolymitani, quinque Libris digesta; sed utpotè foetus recentioris ætatis, tempore nimirum Constantini M. in lucem editus, eidem à cunctis emunctæ naris Eruditis abjudicatur. Non pauci volunt ipsum Nomen ex Jofippo derivatum, idque à Josephi nomine, qui talia scripserat in Lib. de Antiq. & Bell. Judaic. formatum, esse, hariolantur. Judidicent alii.*

Hermogenes.

D *E ejus Patria, & Origine cuncti silent. Professione Pictor, Hæresiarcha. De eo sic Tertullianus, advers. Hermog. c.1. mordaci sale protestatur; quod loquacitatem facundiam, impudentiam constantiam, & ma-*

ledicere singulis, officium bonæ conscientiæ iudicavit : Homo ad libidinem pronus. Præterea pingit illicitè, nubet assidue, Legem Dei in libidinem defendit, in artem contemnit, bis falsarius, & cauterio, & stylo : totus adulter, & prædicationis, & carnis; siquidem & nubentium contagio foetet. Ab Ecclesia ad Porticum, à Christianis ad Stoicos transit. Hactenus *Tersullianus*. Plura scripsit in Deum blasphema, quem, & ejusdem Opera æternis tenebris idem damnavit. *Ad ann. 170.*

Montanus.

PHrygiæ Vico *Ardaban* dicto oriundus, ann. 172. Prophetam agendo, se Spiritu S. plenum effutiebatur, cujus Donum, adhuc *Prisca*, & *Maximilla* Meretriculis, ut dicebat, communicavit. *Nuptias* tamquam infames exolvebat, spirituque *Novatiano*, & rigidiori præditus, cunctis criminibus Ecclesiæ fores obserabat; ex quo *Cathaphryges*, & *Peputiiani*, derivatæ propagines. Quod enim *Infantulos* in eorum *Mysteriis*, acubus *areis* toto corpore pungentes, eorum sanguinem, *sacrificiis* adhiberent, non est ita certum apud Eruditos. Id certius, *Montanum*, & *Maximillam* sibi laqueo mortem conscivisse, docuit *Apollinaris* apud Eusebium, L. 5. c. 15. Scripsit suo, & Prophetissarum suarum nomine *Libros Propheticos*, insanix plenos, quorum *Fragmenta* apud Epiphanium, *Hæres. 48.* reperies.

Tatianus.

Natione *Syrus*, professione *Sophista*, ad ann. 173. Ex Gentili Christianus, & *Justini* discipulus, egregium illud concinnavit *Opus contra Gentiles*, magno in pretio apud

apud Peritos. E vivis *Justino* sublato, in hæresim lapsus est, ac *Encratarum* Sectæ *Auctor* effectus, *Nuptias* detestabatur, *Carnes*, *Vinumque*; hinc *Aquarii* dicti *Sectarii*, eò quod in *Mysteriis* sola *Aqua* contenti *Vinum* ex Altari exulabant. Plura scripsit, sed præsertim *Evangelicam Armoniam*, quæ pariter *Ammonio Alex.* ab aliquibus fuit attributâ. Librum quoque *de Perfectione secundum Servatorem*, in quo *Matrimonium* damnavit, aliaque, quorum, ne *Tituli* quidem ad nos pervenere, fraudibus, & ineptiis plurimum confarcinata.

Bardeſanes.

Gente *Syrus*, *Edeſſæ* natus, *M. Aurelio Antonino*, constantia, & doctrina in fide propaganda, & vindicanda, maximè insignis, ad ann. 173. Innumera penè contrâ *Hæreticos Monumenta* lucubravit. Sed demum ad *Valentini* fabulas conversus, fidem, quam insigniter diù propugnarat, deseruit. *Mortuorum Resurrectionem* abjecit, aliaque *ſigmenta* defendit, quæ à *S. Epiphano*, & *Ephremo* recitantur, & confutantur. *Dialogum de Fato*, quem *Antonino* nuncupavit, loculentissimum *Opus* inscripsit, cujus maxima pars cum *Recognitionibus Clemenſinis* confunditur, adeò ut quis ab altero sua acceperit, certè non liquet. Nunc *Fragmentum* apud *Eusebium*, *Præp. Evang. L. 6. c. 10.* quisquam reperiet.

Modestus.

AD ann. 176. de cujus Patria Literæ silent, florere dicitur. Præter illud insigne *Monimentum*, quod adversus *Marcionem* composuit, apud *Eusebium*, *L. 4. c. 25.* cætera ejus nomine elucubrata, ut *psendepigrapha* à
Hic-

Hieronymo, de *Script. c. 32.* repudiantur.

Athenagoras.

PAtria *Atheniensis*, non minus Orthodoxa, quàm Gentilium sapientia præclarus. Ad ann. 177. dum in Gentilitia palestra Christianorum fidem oppugnare concupierat, propriis telis confossus, vera fide instruitur, & Athleta eximius in eandem propugnando, mirabiliter evasit. Scholæ *Platonica* in *Alexandria* præfuit, ac ejusdem Scholæ *Catecheticae*, vel à *Philadelpho*, vel à *Marco Evangelista* institutæ, Rector extitit, & Magister. Præter *Apologiam* pro Christianis, & Librum, de *Mortuorum Resurrectione*, in fine Operum *S. Justini Monumenta* extantia *Parisi*. Edit. ann. 1615. ejus nomine *Amatoria*, sed de *Vero*, & *perfecto Amore*, apud *Bernardum San Jorry*, circumfertur *Opus*; sed, an sui, vel alterius factus extiterit, contendunt Eruditi.

R. Simeon.

INter *Hebraeos Sapiens*, in *Berescith Rabbà Sett. 20.* & 24. super *cap. 3. 20. Genes.* commentus est figmentum illud: *Evam*, nimirum, 300. ann. spatio ab *Adamo* se-junctam, peperisse ex incubis Spiritibus; quemadmodum & *Adamum* ex succubis, *Dæmones* non paucos. Sanè *Cachinno* ab omnibus deridendus.

Leucius Charinus.

ANno *Chr. 180.* ejus originem, & patriam ignoramus. *Cathaphrygum* antesignanus, & princeps extitit. Multi eum confundunt cum *Luciano Seniori*, quia in iisdem

dem erroribus ambo convenerunt. *Opus* contextu it apud Photium, *Cod.* 114. *Periodi Apostolorum* dictum, sive *A7a*, nomine *Apostolorum*, quæ inter fabulosa Manichæorum *Monumenta* recenset Augustinus, *de fidi. contr. Manich.* c. 38. Decreto Gelasii damnata.

Apelles.

M *Artionis* discipulus, & *Luciani* sodalis. Ad ann. Chr. 188. flor. qui, ex Tertulliano, *L. de Præscript.* c. 30. jam lapsus in foemina, desertor continentiae Marcionensis, *Alexandriam* secessit; inde post annos regressus non melior, in alteram Virginem impēgit *Philumenam* dictam, cujus ope, & phrænesi, futura, ut incautos deciperet, prædicebat. *Unum Deum* prædicavit, qui cum malos *Angelos* condidisset, uni, ut *Orbem* crearet, commisit. *Carnis Resurrectionem* exulavit. *Legem, & Prophetas* repudio dedit, & *Moysem*. Quapropter, ut *Moyseis Monumenta* resciret, *Syllogismorum Opus* composuit, quo omnia, quæ ille *de Deo* dixerat, reprobavit.

Theodotus.

B *izantinus*, antea *Coriarius*, doctrina, & impietate execrandus. Ad ann. 192. *Filium Dei, hominem* docuit, eumque cum *Angelis, & Animabus*, materialem. Ad *Calcem Operum Clementis Alex.* bina *Excerpta* Theodoti leguntur; sed ea, an sui foetus sint, vel alterius, ambigitur ab *Eruditis*.

Cle-

Clemens Alexandrinus .

PAtria *Atheniensis*, & *Alexandria* Præbyter, ac in sua Cathetica Schola Præfectus, & Magister. Ad ann. Chr. 192. Pateni discipulus, & *Origenis* Præceptor, omni sacra, & exotica Eruditione sublimis floruit. Quamvis sanctitate præditus, ut *Homo*, in varios errores incidit, ut videre est in suis *Monumentis*, ob quos *Gelasius* apud *Bellarminum*, de *Script.* multa *Clementis Opuscula* inter *Apocrypha* retulit. Num verò *Sententia* illæ ab *Hæreticis* in ejus *Operibus* insertæ sint; vel ab Authore humano more, ut sæpius accidit, utrumque incertum. Ejus nomine *Opera* supposita sunt: *Commentariola in primam Canonicam S. Petri. In Epistolam Jude; & in tres Epistolas S. Joannis Apostoli.* *Alexandriæ* excessit, *Antonino Caracalla.*

Q. Sept. Fl. Tertullianus .

DOmo *Carthaginensis*, Centurione Proconsule parente natus, ann. 192. flor. Antea Ethnicus, postea Christianus Præbyter, primò uxoratus. Rom. *Juris* patronus, ac in omnium *Scibilibus* encyclopedia, acri, & subtili ingenio præditus, quemadmodum *Origenis* inter Græcos, ita apud Latinos nostrorum omnium facile *Princeps* est judicandus, ex *Lirinensi*, *Commun. c. 24.* Pro *Montanista* objurgatus, ad *Montani* dogma prolapsus est. Innumerabilia scripsit, ante, & post lapsum, cujus quidem *Monumenta* omnia, judicio summo legenda sunt. *Opera* ejus supposita, hæc exhibentur: *Catalogus Hæreticorum. Poemata varia, nimirum Genesis, Sodoma, &c. Libri quinque, adversus Marcionem. De Judicio Dei.*

men

men ad Senatorem. De Jona, & Niniue. Et apud Bellarminum, Lib. de Trin. contra Sabellianos; & Epistola de Csbis Judaicis; diverso prorsus stylo ab Operibus Tertulliani genuinis; recentioris ætatis.

Maximus.

A Nno 196. Vir, inter Ecclesiasticos eruditus, clar. *Valumen* quoddam exarasse dicitur, de celebri illa Quæstione, *unde fit malum; vel de eo, quod Materia sit facta, & malorum causa non sit.* Ast, quia totidem verbis, æque sententiis, *Opus* id legitur in Origenis *Dialogo, contra Marcionistas*, ambigitur de foru, an adulterinus sit in utroque parente.

Polycrates.

E *Phefinae* Cathedræ Episcopus, circà ann. 196. flor. sub ejus nomine circumfertur *Passio S. Timothei*, quæ Græc. Latin. apud *Bollandum* recitatur. Sed ut *spuria* rejicitur ab Eruditis.

Symmachus.

N Atione *Samaritanus*, ad ann. 201. flor. ex illorum numero, apud Epiphanium, de *Pond. & Mens. §. 16.* qui *Sapientes* apud Samaritanos habebantur. Hic, propter ambitionem odio habitus à suis, bis circumcissus, ad Judæos descendit. Demum à Judæis ad Christianos *Ebionitas* defecit; apud quos *Novam Veteris Instrumenti Translationem Græcam*, non quidem de verbo ad verbum, sed *sensu* exaravit, & expressit. *Commentarios* quoque pro defensione *Ebionitarum* scripsit apud Eusebium,

Q

L. 6.

L. 6. c. 17. in quibus maledicta plurima in Evangelium Matthæi, Christi Genealogiam confutando, effutivit.

L. Annæus Florus.

Rerum Rom. potius *Declamator*, quàm *Historicus*, Trajani tempestate flor. ann. Dom. 201. Auctor compositus, disertus, elegans, subtilis, brevitate mirificus, ac ve:è floridus extitit. Flori *Historia*, non est *Livii Epitomen*, cum sit ab ea valdè discreta. Peccat plurimum negligentia in *Chronologia*, ex *Vossio*, L.1. de *Hist. Lat. & Cæcælia* vitio valdè culpatur à *Scaligero*, in *Comment. in Euseb.* Hinc puerili desiderio mirabilia dicendi, *Veritatis* dispendio se abripi passus sit, ex *Eodem*, *ibid.*

Fl. Philostratus.

Immius, in *Vita Apollonii Tyanei* fabulator, & mendax, clar. ann. Chr. 204. Plura scripsit stylo aperto, & conciso. Opus illud de *Aqua*, juxtà *Tyane* Oppidum, *Jovi* sacra, quæ perjuris, & infidis palàm pustulis, vomicisque adversatur; verbatim ab *Aristotile* deprompsit, ex *Thomas. de Plag. n. 518.*

Cajus.

Anno 210. Vir Rom. Ecclesiæ, *Zephirini* temporibus, Præsbyter disertissimus, Gentiumque Episcopus ordinatus, ut Evangelii fidem absque determinata Dioccesi Infidelibus prædicaret. Libellos duos de *Universæ Natura*, eidem *Photius*, *Cod. 48.* adscripsit, quos alii *Eruditi*, vel *Josepho*, vel *Justino*, vel *Irenæo* rectius adjudicant. Item, & *Labyrinthum*, ab aliis, adhuc *Origeni* attributum.

Op-

Oppianus.

Clax, Coryco oriundus, flor. ann. Chr. 217. Poeta incomparabilis, cujus aurea *Carmina*, in Operibus de *Venatione*, & *Piscatu*, tot aureis *Stateribus*, quot *Versus* in iisdem legebantur, Antonius *Caracalla* compensavit. In sua *Descriptione Equi generosi*, pleraque à *Jebis*, c. 39. mutuatus est, apud *Arnold. Boot. L. 3. c. 11. Animad. Sasyr. ad Text. Hebr. V. T. Anazarbi* postea periit, *Scama* insignitus.

Ammonius.

Patria *Alexandrinus*, ann. 220. prima institutione *basilus*, inde à *Saccis*, quibus frumenta circumferabat, *Saccas* dictus, ex *Cave*, *Sec. Npuat.* Philosophus inde factus, *Scholam Platoniam* in *Alexandria* Urbe aperuit. Præ ceteris *Plotinum*, *Longinum*, & *Amelium* habuit discipulos; quibus argutis, perspicuisque dogmatibus, *Platonis*, *Aristotelisque sententiam* concordem fore demonstravit. *Christiana præcepta ad extremum usque*, terminum vitæ integra, atque immota retinuit, ex *Eusebio*, *L. 6. Hist. Eccl. c. 19.* contra *Porphyrium* aliter mentientem: *Quatuor Evangelistarum Armeniam*, *Diatefferon*, olim dictam, quam *Ammonio* adjudicavit præ aliis *Victor Capnanus*, reverà *Ammonii* factum non esse, docuit *Valerius*, in suis *Not. Euseb. p. 75.* sed potius *Taziani*, ut communis Peritorum extat opinio.

Hyppolitus.

AD ann. 220. gente *Arabs*, ac *Portus Romani Antistes*. Locus iste, an constituendus in *Offia Tiberina*, an

in Arabia, lis est inter Eruditos. Probabilius est, utpotè Arabum, habuisse Sedem in Arabia Metropolim, Adem dictam, de qua sic Philostorgius, L. 3. c. 13. Theophilus (inquit) edificavit Ecclesiam, ubi Romanum erat Emporium, extrosum ad Oceanum positum: vocant verò Regionem Adanem, quò eos, quos ex Romanis venire contingit, appellare mos est. Consule, si placet, nostrum Terraquenm, V. Arabia. Perè innumerabilia scripsit; sed inter Monumenta, quæ circumferuntur, Orationem, de Consummatione Mundi, & Antichristi, ac Domini nostri secundo Adventu, Hyppolitò cuncti communiter abjudicant Etherodoxi, sed perperam; Consuluntur Orthodoxi, & præsertim Natalis, Hist. Eccl. T. 3. Sec. 3. Cæterum, tametsi hoc in Opere, mendæ non paucæ, erroresque reperiantur, nihilominus, ex Nicephoro, L. 4. Hist. Eccl. c. 31. absoluto pro Christi nomine Martyrio, ignorantæ maculam prorsus detexit. De ejus Demonstratione adversus Judæos, dubitant Eruditi, an genuinus Hyppoliti foetus sit, cum S. Hieronymo, & Veteribus tale Monumentum ignotum fuit. Dubiè pariter videntur Homilia de Trino, & Uno; & de Mysterio Incarnationis, contrà Hæresim Noeti. Liber ejus alter de Theologia, & Incarnatione, contrà Baronem, & Helicen Hæreticos, propter eandem rationem. Idem dicendum de illo Indiculo Hyppoliti nomine, quod inscribitur: de 12. Apostolis, ubi nam quisquam eorum predicaverit.

M. Minutius Felix.

Gente Afer, & inter Causidicos Rom. Juris apprime illustris, & eruditione sublimis. Ad ann. 220. Præter aureum illud Opus, cui titulus, Octavius, jam sub nomine Arnobii foetus antea visus, nunc Authori Minutio restitutus per Balduinum, ex MSS. Vaticana Bibliotheca
 cru-

erutus. Extat ejus nomine pariter Liber *de Fato*, vel *contra Mathematicos*, quem Hieronymus *de Vir. Illustr.* quo ad styllum diversimodè concinnatum, non putat esse *Minutii*, quamvis disertis sermonis. Verba non pauca *Dialogi* laudati Authoris, quia in *Tertulliano*, & in *Cypriano* leguntur, Joseph *Scaligerus*, præ cæteris, uter ab altero mutuatus sit, dubitat *Ep. 376. Joann. Wovvu.*

Julius Africanus.

EX *Libia* ortum duxit, in omnium Scibilibum cognitione doctissimus. *Ad ann. 220.* Apud *Cæsaream* *Palestinæ* suis studiis, & sumptibus *Bibliothecam* erexit, ex *Trithemio*, *de Script. Eccl.*, ac *Nicopoli*, eadem in Regione diù vixit, & sub *Eliogabalo* Imper. pro instauratione Urbis *Emmans*, quæ postmodum *Nicopolis* fuit appellata, legationem obivit. Scripsit *Commentaria de Cestis*, sic dicta propter argumentorum varietatem. *Epistolam ad Originem*, de *Historia Susanna*, quam ut apocrypham confutabat. *Volamina quinque Annalium Chronologica. Epistolam ad Aristidem*, de discrepantia *Genealogia Christi à Matthæo*, & *Luca Evangelistis* descriptæ; quæ cuncta pro apocryphis habet *Gelasius*, ex *Pope Blount, Cens. Cel. Auth.*

Herodianus.

Historicus haud injucundus, clar. ann. Chr. 224. *Imperatorum Res gestas* scripsit, ab *Antonino*, & *Commodo* usque ad *Balbinum*, & *Maximum*, acumine, brevitate, & sententiarum gravitate præclarus. Fides tamen ejus nutat in *Alexandro*, & *Maximino*; hinc de veritate suspectus culpatur.

Dio

Dio Cassius .

ORtu *Nicenus*, Senatoria, & Consulari Dignitate præclarus flor. ann. 230. Plura scripsit *Historica*, sed maledicè potissimum contrà *Senecam*, quem *pullarium* dixit, ac cum *Agrippina*, eidem adulterium objectat, propter quod *Nero* Matrem fortè interemit. Contrà *veritatem* pariter narrando, nec sine adulatione, *Vespasianum* ejus *sputo* sanasse *cæcum* affirmavit. *Plagii* notatur à *Vallesio*, quod nimirum è *Sulla Plutarchi* capita plurima sua verbatim descripserit. In *Nos. Excerpt.*

Origenes.

A*lexandria* natus parentibus Christianis *καθηγηταῖς*, & *Adamantii*, ob indefessam in scribendo, legendoque constantiam cognomen obtinuit. Vir magno ingenio præditus, atque excellenti eruditione in omni Scibilium genere satis conspicuus. Præbyter, & Magnæ Scholæ Catechetiæ *Alexandrina* Magister, Doctrina Sacra, & Exotica nulli secundus. Ad ann. 230. à *Demetrio* propter sui *evirationem*, ob castitatem tuendam, *Alexandria* pulsus, magna ex parte Orbem peragratus, suæ pietatis, & doctrinæ radios ubique diffudit. Fidem propagavit, & auxit: Hæreses extinxit: errores ab Hostibus fidei profligavit. Anno 250. sæviente *Deciana* persecutione, gravia est passus supplicia, cruciatus, vincula, ærumnas, ex quibus tandem absolutus, *Tyri* obiit, *Gallo*, & *Volusiano* imperantibus, ann. Dom. 253. ætatis verò 69. Quod *ibus* Idolis obtulerit, ut *Æthiopsis stuprum* aufugeret, figmentum est satis, superque ab Eruditis vindicatus, & à *Demetrio* ejus hoste propter hoc Idolatriæ

trix crimen nunquam offensus. *Sex millia Volumina* scripsisse fertur ; an verò erroribus undique referta , vel proprio *Marte* editis , vel ab *Hæreticis* labefactata , defendunt suam innocentiam Photius , Pamphilius , Ruffinus , & a. ii ; non sic tamen sentit Ecclesia congregata in *V. Synodo Generali* , ut PP. cum Gelasio clamant , à quibus omnia Origenis *Monumenta* fuere reprobata . Undè non incongruè Cassiodorus de *Origene* ait , quod ipse , *ubi bene nemo melius , ubi malè nemo pejus* , scripsisset . Opera , quæ *Origeni* communiter abjudicantur , hæc exhibentur : *Libri tres Commentariorum in Libris Job. Commentarius in Evangelium S. Marci. Homilia in diversos. Liber de Sectis Philosophorum , & Dogmatibus. Lamentum Origenis. Scholia in Orationem Dominicam , & in Cantica B.V. , Zacharia , & Simeonis. Dialogus contra Marcionitas. Liber de recta in Deum fide.* Extant *Origenis Opera* omnia Græco-Latina T. 2. in fol. ann. 1679. per Dan. Hunct. Paris. apud Pratarde.

Cec. Cyprianus .

NAtione *Afer* , patria *Carthaginensis* , ex Gentili Christianus , ex Rhetore primùm Præsbyter , ann. 247. Dein , & si invitus *Carthaginensis* Antistes creatus est . Ann. 248. Fuit enim , ex Lactantio , L. 5. *Instit.* ingenio facili , copioso , suavi , & (quæ sermonis maxima est virtus) aperto , ut discernere nequeas , utrum ne ornatior in eloquendo , an facilior in explicando , an potentior in persuadendo extiterit . Plura scripsit elegantissimæ phraseos , & Ciceroniani candoris ad Ecclesiæ ædificationem , ornatumque . Quod verò *Gelasius* Papa , apud Baronium , inter *apocrypha* , *Cypriani Opuscula* adjudicasset ; id sanè intelligendum de iis , quæ ad *Rebaptizationis Tractatus*
per-

pertinebant . Vigente demum *Valeriana* persecutione ,
 ann. 257. capite damnatus , petiit æterna , ac in *Agro*
Sexti , ann. 258. ejus corpus conditum fuit . Præter *Ope*
ra genuina *Cypriano* indubitanter adscripta , apud *Bel*
larminum , *Labbeum* , & alios , multa extant dubia , &
 suppositia . Dubia sunt . *Libri de Spectaculis* . *De Disciplina*
, & Bono Pudicitia . *De laude Martyrii ad Moysen , &*
Maximum Confessores , & ad Novatianum . *Dua Orationes* ,
una pro Martyribus , altera , quam dixisse fertur *S.Cyprianus*
in die passionis sua , ex nonnulla styli discrepantia , apud
Erasmum . *Suppositia* verò sunt : *Liber de Cardinalibus*
Operibus Christi . *Liber de Aleatoribus* . *Liber de Montibus*
Sina , & Sion . *Carmen inscriptum Sodoma* . *Carmen aliud*
ad Senatorem Apostatam . *Hymnus de Pascha Domini* . *Liber*
de singularitate Clericorum . *Expositio in Symbolum Aposto*
lorum . *Liber adversus Judæos , qui infecuti sunt Christum* .
Liber de revelatione Capitis . B. Joann. Baptista . *Liber de 12.*
abusibus Seculi . *Liber de Cæna* . An verò iste *Cyprianus*
 sit idem cum alio ejusdem nominis , qui in *Justinam* *Vir*
ginem nimio amore flagrabat , multi propugnant , sed
 figmentum apud alios æstimatur cordatoris indaginis , &
 doctrinæ .

Chæremou .

NAtione *Ægyptius* , Historicus , clar. ad ann. Chr. 247.
Dionysii Alex. Præceptor , & *Historia Ægypti* con
 fabulator . Præ cæteris , plura *de Phanice ave* , sed menda
 ciorum plaustra confarcinat .

Plotinus .

GEnte *Ægyptius* , *Lycæ* Urbe oriundus , Philosophus
Platonicus , imo alter *Plato* , clar. ann. Chr. 250. *Por*
phyrii

phyrri præceptor extitit, & Vir Sapia præclarus.
A Numenio multa corrasisse dicitur; sed immeritò plagii crimine fuscillarus fuit, ut Omelius ostendit, apud Janf. de Script. Hist. Philosoph. L. 3. t. 10.

Cornelius Papa.

Patria Romanus, Patre Castino natus. Roma viduata Pastore, recrudescente Deciana persecutione, omnium voto Summus Pontifex eligitur, ann. 251. Qui varîè, & ab Antipapa Novatiano, & à Gentilibus vexatus, demum ad Centum Cellas, ann. 252. Martyrii palmam accepit. Plura scripsit; sed *suppositia* sunt sequentia: *Epistola de Translatione Corporum Apostolorum Petri, & Pauli è Catacumbis, Decio, & Maximo Coss. Epistola ad Rusticum, sub iisdem Coss. Et altera ad Lupicinum, Viennensem Episcopum directâ; cum nullus Veterum earumdem meminerit, nec sub laudatis Coss. Cornelius extiterit.*

Novatianus.

EX Stoico Christianus, ann. 251. clar. literis non im- peritus, sed ambitione summus. Per fraudem contrâ Cornelium, verè Hierarcham, Novati Præsbyteri Carthaginensis factione stipatus, in Romanam Cathedram per vim à Vilioribus quibusdam est euectus, ut adumbratam quamdam, & inanem Ordinationem, ut Cornelius loquitur, habere videretur. Eidem adscribuntur Opera sequentia, sed dubiæ fidei à Peritis existimata, quæ sunt: *De Cibis Judaicis. De Pascha. De Sabbato. De Sacerdote. De Oratione. De Animalibus mundis, & immundis Quæstiuncula. De Instantia. De Attilo. De Circumcisione; Aliaque plurima.*

R

Gre-

Gregorius Thaumaturgus.

ANTE à *Theodorus* dictus, à magnitudine miraculorum *Thaumaturgus* appellatus est. *Ad ann. 254.* Origenis auditor, & in *Neocæsarea* Cathedra Episcopus constitutus, Christi fidem exemplo, doctrina, & miraculis plurimum propagavit, & auxit. Opera, quæ ipsi falso attribuuntur, sunt: *Capita XII. de fide cum Anathematismis. In Annunciationem S. Dei Genitricis, Ser. III. Sermo in Theophonia. Ad Tatianum, de Anima, Disputatio. Demum, postquam ann. 265. Concilio, adversus Paulum Samosatenum, Antiochiæ habito interfuisset, clarus miraculis, & sanctitate obdormivit in Domino, cujus Corpus apud Stalatum in Calabria superiori, ut dicitur, magna devotione asservatur. Vid. nostr. Pantop. Calabr. V. Stalatum.*

Sixtus II. Papa.

DE sua Origine, & patria, *Historia* fileet. *Ad ann. 257.* doctrina, sanctitate, & constantia celebris extitit. Variè à Gentilibus, & Hæreticis in brevi sui Romani Pontificatus curriculo exagitatus, demum anno 278. proprio sanguine Ecclesiam decoravit, & fidem, *Coss. M. Aulo Memmio, Tusco, & Basso.* Sub ejus nomine circumfertur erroribus plenus, apud Ruffinum, *Sententiarum Liber, sive Proverbiorum,* quem, utpotè ab Hæreticis conscriptum, reprobant *Gelasius, & Augustinus,* in sua *Retract.* Eundem *Sexto, vel Sixto Philosopho Ethnico* adjudicat *Hieronimus, in Ep. ad Ctesiphontem.*

Dio-

Dionysius Alexandr.

Alexandria natus, ex Gentili Christianus factus, Alexandria Episcopus constituitur, ann. 247. In Valeriana persecutione multa perpeffus, doctrina, & constantia plurimum decertavit pro fide. Scholæ Catechetice Præfectus, & Magister, melioris notæ discipulos habuit successores. Tandem senio confectus, ad ann. 256. è vita decessit. Plurima scripsit in *Tractatus*, & *Epistolas* distributa. Fertur exarasse aduersus Origenem Opus insigne, apud Anastasium Sinaitam; sed de hoc Monumento Eusebius, & Hieronymus silent. Habentur pariter ejus nomine *Epistole due*, prima ad Theodosium, posterior ad Ursinophilum directæ, apud Lambecium; sed quia earum *stylus*, dicendique genus suo sæculo non arrident, suspicionem injiciant. Opus potius fuisse Isidori Pelusiote, cujus inter *Epistolas* inveniuntur, quàm Dionysii, docet Cave in suo *Sac. Novatiano*.

Dionysius Papa.

Natione Calaber, Thurio oriundus. Ad ann. 259. Ex Eliadum Monachatu, doctrina, & sanctitate conspicuus, imò admirandus, in S. Rom. Eccl. Pontificatum evectus est. Sabellianorum acerrimus Oppugnator. Dionysium Alexandrinum à Pantapolitanis Episcopis de heresi accusatum, amicè primum admonuit, ac demum confutatis Sabellianis, absolvit. Obiit ann. 269. Plura scripsit contrà Sabellianos. Aliæ verò *Epistole* eidem adjudicatæ pro suppositiis habentur ab Eruditis. Ex Luitprandi *Fragmentis*, Liber de *Situ Orbis* Dionysio nostro adscribitur, sed mentitur *Author*, cum factus sit alterius

Dionysii ~~peritum~~, religione *Gentilis*, propè Sinum *Persicum* orti, ex Scaligero, in *Animad. in Euseb.* Consule, si placet, nostram *Pantopol. Calabr. V. Thurium*, vel nostrum *Eliadum Apparat. V. Dionysius*.

Eusebius.

Ad ann. 259. ex *Diaconia Alexandrina*, in *Laodicea* *Sedem Syria*, ob merita, & fidei constantiam euectus est. Sub ejus nomine, apud *Turrianum*, & *Colomesium*, *Homiliae* xviii. circumferuntur; Ast, num ejusdem, an alterius *Eusebii* sint *Opera*, dubitant *Eruditi*.

Paulus Samosatenus.

Patria *Samosatensis*, ann. 260. qui *Zenobia* *Reginæ* potentia fretus, *Cathedram Antiochenam* sine merito abstulit. Vir, superbia, & fastu nulli secundus, moribus apprimè versipellis, & infamis. De sua pestilentia *Cathedra* virus suum contra *Christum* evomit, illum non *Deum*, sed purum, & putidum *hominem* prædicando. Undè bis à *PP. Synodi Antiochensis* damnatus, ad ann. 270. ab *Episcopatu* expulsus, in *Heresi* periit. Sub ejus nomine circumferuntur *Questiones* x. *Dionysio Alexandrino* propositæ, sed suspectæ fidei, ab omnibus abjiciuntur.

Porphyrius.

Philosophus *Tyrius*, profapia, & literis clarus, flor. ann. Dom. 270. *Christianæ fidei* desertor, non pauca deliramenta contra *Christianos* ejaculatus est. Plura scripsit, & varia. Quæ de *Quinque Vocibus* composuit, ex
To-

Topicorum Libris Aristotelis corrasit . Obiit sub extremo *Diocletiani*, an Christianus denuò factus, incertum .

Manes .

EX quo *Manichæi*, Circ. ann. 277. Pontifice Eutychno in Romana Sede regnante, vivebat . Is, antea vilis Curvibus *Persæ*, cujusdam Vetulæ servus, mox bonorum hæres, adhuc Libris delirantium Hæreticorum potitus est . Ex Mancipio in Hæresiarcham assumptus, non amplius *Manes*, quod *Insaniam* Persicè significabat, sed *Manicheum*, quasi *Manna fundentem*, Sectarii sui nuncuparunt . Christi Domini *Simia* factus, duodecim pariter Socios ascitos, misit per Orbem, ut suum *pseudo Evangelium* undique prædicarent . Multa ex prædecessorum sentina mutuatus, non pauca adhuc de suo superstruxit . *Paraclytum* se finxit . *Duos Deos* æternos, unum *bonum*, alterum *malum*, ex quo creata omnia, ideòque mala, prædicavit . Hinc ex *Pane*, utpotè *malo*, non posse fieri *Sacrificium*, blasphemabat . Cum farina humanum semen miscendo, eam purificari, aptaque Sacrificia reddi, dicebat, ex *Augustino* . Tandem justo supplicio, ob Regem lusum, vanis pro filii salute promissis, in *Perside* pelle discerptus, qui se Deum finxerat, infrà hominem periit . Plurima *Scripta* consarcinavit, quæ partim sua, partim ex *Scythiani Monumentis* compilata, ab Ecclesia cum Authore damnata fuere . Ex hac *Secta* fuit quidam nomine *Adam*, cujus Ossa *Indi* venerantur, ac si *Adæ* essent *primi* parentis . Ex *Hist. Lusitan. Ind.*

Pic-

Pierius.

PAtria *Alexandrinus*, Pamphili præceptor, ac in *Alexandria* Schola Catechetica Magister Præfectus, apud Photium, *Cod.* 118. In Sacrarum Literarum contemplatione, atque expositione, & in Ecclesiasticis Concionibus apprimè exercitatus, ex Eusebio, *L. 7. c. 32.* ut Origenes junior passim ab omnibus diceretur. Usque ad *Constantii* tempora vixit, ex Valesio, *Not. in Euseb. circ. ann. 265.* *Commentarium* præ cæteris in *Evangelium Luca* exaravit, in quo quædam minus sana Photius, *Cod.* 129. notavit: potissimum Eum *de Spiritu S.* periculosè nimis, atque parum piè enunciaſſe; ac nonnulla ex *Origenis* sententia docuisse.

Victorinus.

ORigine *Græcus*. Ex Oratore, *Petavionensis* Episcopus, in *Pannonia superiori*, ad *Dravum* amnem, electus fuit. *Ad ann. 290.* Ejus *Monumenta*, quæ ex Hieronymo, *de Script. grandia sensibus*, viliora videntur compositione verborum, fuere plurima; sed præ cæteris *Commentarius in Apocalypſim*, in quo secutus est *Chiliaſtarum* errorem, inter *Apocrypha* à Gelasio connumeratur. Postremò *ann. 303.* Martyr occubuit.

Methodius.

PRimùm *Patarorum* in *Lycia*, indè *Tyri* Episcopus, ad *ann. 290.* clar. Vir, ex Epiphanio, *L. 6. de Heres.* apprimè doctus, acerrimusque Veritatis patronus. Sub novissima fortassis persecutione *Diocletiani*, circa *ann. 303.*
pro-

proprio cruore palmam promeruit . Nitida non pauca scripsit , & sermone composito . Præ cæteris , *Revelationes* , in quibus multa de *Extremo Judicio* , de *Antichristo* , de *Turcis* insinuantur , quæque *suppositia* cuncta .

Ælius Spartianus .

Diocletiani tempestate clarus flor. ann. 293. *Vitas Augustorum* contexit, nec sine eloquentia, & eruditione , sed multum à veritate oberravit ; adeò ut digniora facinora *Christianorum* , & quidem Orbi toti perspicua , vel malignitate , vel Principis persecutoris adulatione , silentio obvoluit . Hinc *Dempsterus* eum vocat *Historicum* haud magni ponderis, in *Elench. Script.*

Julius Capitolinus .

Claruit ad ann. Dom. 298. Diocletiani tempestate . Scripsit *Imperatorum* quorundam *Vitas* ; sed ex *Dempstero* , *Historici* nomine videtur indignus, in *Elench. Script.* Hinc *Monimenta* hæc *Centonum* instar , è diversi coloris pannis fuisse confuta, censent *Balthas. Bonif.* alii- que plures .

Petrus Alexandrinus .

Alexandria Antistes , clar. ann. 300. doctrina, & sanctitate conspicuus , atque eruditione facundus . Præter ejus *Opera* egregia , circumfertur sub ejus nomine *Diatriba de Paschate* ; sed Opus hoc *Petro* nostro perspicue abjudicavit *Petavius* . Martyr occubuit ann. 311 .

Hic-

Hierocles .

B*ithinia* ex Vicario Præses , atque *Alexandria* Præfatus , sub Diocletiano, armis, & libris contra *Christianos* sævit . *Ann. Dom. 302.* Hunc Raynaudus *plagiarius* accenset , apud *Thomas. de Plag. Sect. 463.*

Ælius Lampridius .

Natione *Italus*, ut creditur, flor. *ann. 302.* In sua *Cæsarum Historia*, stylo humili, pedestri, insulso, futilli, atque inepto, fugillatur à Criticis .

Arnobius .

Apud *Siccam Veneream* Africæ Urbem natus , eloquentia, & literis apprimè præditus fuit . *Ann. 303.* In somnis admonitus , Christianam fidem amplexus est; quapropter contra Gentiles *Aureum Opus* edidit , ut suæ sinceritatis fidem palàm ostenderet . Ejus nomine extant *Commentarii breves in Psal. 101.* Sed tale Opus *Arnobio Juniori* potius adjudicandum, existimant Eruditi. *Arnobii cætera Monumenta*, *Gelasius Papa*, *apocrypha* declaravit ; fortassis, quia *Gnosticorum* ipsa aliquandò secutus est opinionem *de Animarum immortalitate* ; ac aliis in locis à Veritate Christiana nonnihil recessisset ; tametsi condonandum illi, qui ex *Ethnecismi* tenebris, recens ad *Veritatis* lucem pervenerat .

L. Cæl. Lactantius .

F*irmianus* dictus , quia *Firmio* fortassis Oppido natus sit . *Ad ann. 303.* *Arnobii* præceptoris auditor, tantò

tò in eloquentia profecit, ut *Ciceronis* stylum effigiarit, vel ut quibusdam placet est supergressus. Sed utinam tam nostra confirmare potuisset (ut *Hieronymus ad Paulinum* exaravit) quam facilè aliena destruxit . Multi enim nevi suis in *Monumentis* notantur, quæ Christianos non decent ; tum maximè Orthodoxos , adeoque à *Ge- lasio* reprobatis . Spuria ejus Opera sunt : *Carmen de Phœnice* , à Gentili prorsùs concinnatum . *Carmen de Pascha- te*, factus Venantii Fortunati . Et *Carmen de Passione Do- mini* . Obiit tandem senio , & in pauperie summa . Quo anno , incertum .

Dorotheus .

T*rensis* Præbyter , ad ann. 303. claruit . Multa sub Diocletiano perpeffus , tandem Martyrii palmam accepisse dicitur . Fertur pater exarasse multa *Ecclesia- stica* . Quod dumtaxat circumfertur in *Biblioth. PP. T. 3.* est illud Opus, quod *Synopsis de Vita, & Morse Prophetarum, Apostolorum, & Discipulorum Domini* inscribitur ; sed cuncta insumul cum Authore *fabulosa* judicantur ab Eruditis, & *commentitia* .

Arius .

EX *Lybia*, vel ut aliis placet , ortu *Alexandrinus* , ad ann. 315. Ammonii filius, *Melesiani* schismatis fau- tor , corpore pusillus, specie subtristis, eloquio blandus, scholastica doctrina non imperitus ; Socio adhibito *Col- lutho*, *Alexandriæ* Præbytero, pari invidia, nec minori petulantia contrà fidem in *Alexandram Alexandriæ An- tistitem* , virus evomit . Verbum æternum *Creaturam* , Patreque *minorem* suis falsis Dogmatibus propugnavit ;

S

un-

undè anathemate percussus, atque ab Alexandro degradatus, apud Eusebium *Nicomediensem* Episcopum, confugium habuit, atque tutamen. Sed cum, nec Arius pluries admonitus, suos errores deponere, nec Alexander Catholicam fidem prodere, statuissent; indicta *Nicana Synodo*, omnes in illa PP. congregati, unq̄ ore, sensuque in *Illyricum* relegatum, Arium damnaverunt, & *Dogmata*. Demum, dum *Fidem Nicanam* fraudolenter promittit amplectere, revocatus, in *Forum Constantini* cum jam venisset, subitanea ventris necessitate compulsus, publicam in latrinam, *Juda* ad instar, crepuit medius, & cum projectis intestinis, Spiritum infeliciter exhalavit. Inter alia, *Cantica* conscripsit, ex *Philostorgio*, *L.2. c.2. Nautica, Molendinaria, ac Viatoria* ineptiis plena, & iniquitate. Sed *Thalia* Opus super cætera exaravit, *Soradis* ad instar, impura, atque molli cantilena concinnatum, ut pestiferæ suæ doctrinæ venena facilius idiotis Mulierculis, Hominibusque instillaret. Quæ cuncta impietate referta, ab *Ecclesia* damnata fuerunt.

Eusebius Cesariensis.

AD ann. Chr. 315. vulgò *Pamphili* cognomentum sortitus, ob *Pamphili* Martyris initam amicitiam, *Cesarea* in *Palestina* natus est, ac ejusdem in *Cathedra* Episcopus constitutus. De *Summa* ejus, longèque diffusissima doctrina, atque exoticæ, & sacra eruditione, non est opus, nec minimum dicere, cum palàm *Monumenta* cunctis pateant, & *Orbi*. Sed tametsi eruditissimum, nihilominus *Ariana* foecce suis in *Monumentis* foedatum, miror, quomodò *Eruditi* aliquot ab iis erroribus vindicare satagant, conaturque. *Eusebii Historiam Ecclesiasticam*, *Gelasius* inter *Apocrypha* *Monimenta* ad-
judi-

judicavit, fortassis ex Bellarmino, de *Script. Eccl.* quia summis laudibus Origenem sit persecutus. Eusebii *Scripta* dubiæ fidei apud Eruditos hæc exhibentur: *De Fide, adversus Sabellium, L. 2. De Resurrectione, & Ascensione Domini. De incorporali, & invisibili Deo. De incorporali Anima. De Spirituali cogitatu hominis. De Operibus bonis, & malis*, quæ cuncta Eusebio Emisseno potius adjudicantur. Item, & ejus sub nomine Opera *supposita* extant: *Homilia IX. in memoria Sanctorum. Expositio in Cantica Canticorum. Chronologia* quædam *Eusebiana* dicta, apud Cl. Stodiam, *Pref. ad Malala Chronograph.*, ac recentioris seculi *Series Chronologica Imperatorum*, in *Epitomen* collecta ex Eusebii *Chronico* ab aliquo Recentiore. Tandem obiit ann. Chr. 340. Quod in multis *Martyrologiis* videatur ejus Sanctitas vindicata, consule nostras *Epistolas Erud. Ep. XVI. Tom. II.*

Eusebius Nicomediensis.

DE genere *Juliani* Imperatoris Materno sanguine editus, ad ann. 324. *Luciani* Martyris discipulus, primùm *Berythi* in Syria, postremò *Nicomedia* Episcopus electus fuit. *Ariane* blasphemie signifer, & propagator acerrimus. Mortuo *Constantino*, in superbiam elatus, relicta *Nicomedia*, CP. Insulam vaserrimè extorsit. E vita decessit, ann. circiter 342. Falsus, ac suppositus est *Libellus* penitentiae *Eusebii* à *Socrate* descriptus, apud Eruditos, ex *Natali, T. 4. Hist. Eccl. Sec. IV. Differ. XVI.*

Eustathius.

AD ann. 325. Sidæ in *Pamphilia* natus est. Primùm *Beroea* in Syria Episcopus, dein *Antiochena* Insula

ornatus, doctrina, & sanctitate extitit admirandus, ap-
 primèque Fidei *Nicana* acerrimus propugnator. Vir,
 confessione clarus, Religione pius, ex Athan. *Ep. ad So-*
lit. Qui magno zelo pro veritate dimicans, *Arianam* Hæ-
 resim odio, quoad vixit, est persecutus. *Eustathii* nostri
 non videretur *Commentarius in Hexaemeron*, sive *de Opere*
sex dierum, ejus sub nomine ab *Allatio* exaratus, cum
Eustathii Stylum non oleat, nec illius ullus Veterum un-
 quam meminerit. Quòd postmodum in suis *Operibus* er-
 rores irreperint, antè *Nestorium*, secunda simplicitas in
 PP. loquebatur, ex *Facund. Hermian. L. 11. c. 1.* Obiit
 exul Trajanop. ann. 335.

Jacobus Nisibita.

Nisibin natus in *Mesopotamia*, *Sapientis* cognomento
 insignitus, ad ann. 325. Ex *Eliadum* Solitudine in
Nisibis Cathedralam assumptus, unus ex *Nicanis* PP. exti-
 tit, ad confringendam *Arianorum* perfidiam. In *Maxi-*
miani persecutione, Confessor insignis, Bellator fortis,
 & totius agminis Catholici Princeps pro veris Dogma-
 tibus, apud *Theodoritum*, *Hist. Relig. c. 1.* evasit. Mira-
 culorum patrator mirificus, qui *Giniphum*, & *Culicum*
 dumtaxat aciebus, *Saporem* Persarum Regem, & suos,
 pro Urbis tutela, fugavit. Tandem, postquam plures
 mortuos ad vitam revocasset, ipse è vivis sublatus, petit
 æterna, *Constantio* imperante. Sub ejus nomine *Canones*
Arabicos 84. Concilii *Nicæni* post *Justiniani* Imper. ævum
 confictos esse, pluribus propugnat *Pearsonius*, *Vindic.*
Ignat. p. 1. Quoad aliud Opus *Hexaemeron* dictum, an ip-
 sius factus extiterit, dubitatur.

S. Atha-

S. Athanasius.

Alexandria in Ægypto natus, ad ann. 326. inconcus-
 sã tanta in jactatione Columnæ, Athanasius exitit
 gloriosus; ex Buffier. *Flosc. Hist.* Is, à prima adolescen-
 tia, *Arianismi* terror, & fulmen, jactura famæ, patriæ, fa-
 cultatum, telorum omnium scopus, fugicus, exulans,
 latens, & de toto Orbe, præter Sepulchrum, expunctus,
 vel in ipso Mortis spoliario, Catholicam fidem ad stu-
 pore usque tutatus est; exemplum posteris fortitudi-
 nis fugientis, ac *Parthico* more triumphantis in fuga.
 Tandem laboribus, ærumnisque superatis, ann. 371. &
 sui Alexandrini Præsulatus 46. sanctissimè Animam ex-
 halavit. Præter innumera *Monumenta* egtegiè exarata;
 hæc quæ sequuntur, *Spuria*, ac *suppositia* eidem abjudi-
 cantur ab Eruditis, nimirum: *Sermo in Passionem, & Cru-*
cem Domini. Synopsis S. Scriptura. Testimonia à Scriptura
de Communi Essentia Patris, Filii, & Spiritus S. Sermo in
Evangelium Deipara. Disputatio contra Arium in Nicana
Synodo. Tractatus de Definitionibus. Dialogi VII. contra
Arianos, Apollinaristas, & Macedonicanos, Etherio ad-
scripti; Similiter, & Epistola quædam, in qua motuum
Ecclesiasticorum Tragedia demonstratur, eidem adjudi-
cata. Questiones 136. V. & N. Testamenti ad Antiochum,
& Responiones. Interpretationes Parabolarum Evangelii.
Disputatio cum Ario Laodicea habita. De Unitate Deitate
Trinitatis, Lib. VII. Vigilii Tapsensis Opus; & de Trini-
tate pariter Lib. XII. eidem Vigilio attributi. Ad Mona-
chos exhortatio. Epistola ad Marcum Papam. De Passione
Imaginis D. N. J. Christi in Berytho crucifixa. Declaratio
Leviticæ. Expositiones duæ de Incarnatione Verbi. Oratio-
nes 11. in S. Pascha. Oratio in occursum Domini. Oratio in
 Af-

Assumptionem Domini, Opus Basilii Seleuciensis. *Vita S. Symeonica*, foetus cujusdam Polycarpi Monachi. *De Observationibus Monachorum*. *Syntagma Doctrinae ad Clericos, & Laicos*; recentioris ætatis. *Exhortatio ad Sponsam Christi*. *Commentarius in Epistolas Paulinas*, Opus Theophilaeti. Aliaque apud Criticos. *De Symbolo Athanasiano*, quod pluribus succensent Critici recentiores, vide *Disceptationem nostram in Epistolis Erudit.* expositam *Tom. 2. Ep. 30.*

Donatus.

Diversus planè ab altero *de Casis nigris* dicto, in Numidia Episcopo. *Ad ann. Chr. 329.* Gente *Afer*, ac post Majorinum, *Carthaginensis* Antistes creatus, suæ *Donatistica* Factioni pondus dedit, & nomen. In superbiam elatus, non jam Episcopus, sed *Carthagine* Princeps, imò Numen à cunctis venerari non verebatur. *Carthagine* tandem pulsus, infrà homines invisus evasit, *ann. 356.* Plura scripsit *Opuscula*, cuncta impietate plena, sed potissimum *Lib. de Spiritu S.* in quo præ cæteris *Arianae* hæres propagatur.

S. Antonius Abbas.

Gente *Ægyptius*, *Coma* nascitur, *Viculo* juxtà *Heracliam*, *ann. 330.* qui Solitudini societatem conjungens, prodigium *Monachorum* extitit, & exemplar. Circumferuntur sub ejus nomine *Sermonum Lib. 11.*, foetus recentioris ætatis, adeoque *Antonio* abjudicandus, cum in laudatis, *Basilii*, *Chrysostomi*, & aliorum *Nomina* legantur, longè post *Antonium* extantia. An saltem ejus *Regula* Monachis præscripta, eidem adscribenda sit, non est ità certum apud Eruditos.

Ja-

Julius Papa.

PAtria Romanus, Rustici filius, ad ann. 337. qui post Marci obitum, in Rom. Cathedram euectus est. *Arianorum* oppugnator intrepidus, ac exulum pro fide orthodoxa refugium, & tutamen. E vita decessit ann. 352. Sub ejus nomine illæ *duæ Epistolæ* ad Orientales *in-crepatoria*; & contrà eisdem *Rescriptum*, falsò eidem adjudicantur. Similiter, & *Epistola* altera ad *Dianysium Corynthium*, de *Incarnatione Domini*, Apollinari Hæretico potius adscribenda, unà cum illa, quæ *Actis Synodi Ephesinae* videtur inserta, ex *Leont. Byz. de Sect.*

Ful. Firmicus Maternus.

AD ann. 337. Vir literis, & eruditione clarissimus, & si de eo, apud Veteres altum silentium habeamus. Ex Gentili Christianus, non pauca pro fide tuenda, ac pro Gentilitate extirpanda, exaravit. Præ cæteris, sub ejus nomine extant *Astronomicorum*, sive *de Mathefi Lib. VIIII.* quos eidem *Baronius* abjudicat, inverisimile existimando, à Viro tam Catholico, talia *Monumenta* prodire. Non sic *Labbeus*, aliique Eruditi, supponentes factum ab Authore productum, dum in *Gentilium* tenebris cæcutiret. Judicent Periti.

Eusebius Emisenus.

PAtria *Edeffenus* in Mesopotamia, & *Emisenus* Antistes, ad ann. 341. Vir, ex Hieronymo, *de Script. c. 92.* elegantis, & rhetorici ingenii, qui penè innumera, nec sine populi plausu excepta *Monumenta* confecit. Obiit

An-

Antiochia, ann. 360. variis fortunæ ictibus exagitatus ! Sub ejus nomine *Homilie* breves, & aliæ supra quinquaginta in *Evangeliiis*, communiter eidem ab Eruditis abjudicantur, & *Eucherio* Lugdunensi, ac *Branoni* Astensi, tamquam eorundem *Opera* restituantur. *Styli* etenim dissimilitudo, variorum ea esse perspicuè ostendit.

Macrobius.

Claruit ann. 344. Theodosio Principe. Vir reconditissimæ scientiæ, ac in suis Monumentis, *de Somnio Scipionis*, & *Saturnalibus* satis conspicuus. *Erasmus* tamen eum vocat *Corniculam Æsopicam*, dum ex aliorum pennis, sua contexit. Siquidem ex *Plutarchi Symposiacis*; ex *Aulo Gellio*, ex *Seneca*, ex *Alexandro Aphrodisæo*, plurima verbatim transcripsisse dicitur, apud *Muretum*, ad *Senec.* 111. de *Benef.* 18. & *Ulysses Aldrovand.* de *Quadrup.* p. 394. & alios.

Oriesis.

Aliis *Oresius*, Monachus *Tabenensis*, *Pachomii*, & *Theodori* in solitudine socius. Ann. 344. Vir, ex *Gennadio*, de *Script.* c. 9. in S. Scripturis ad perfectum instructus. Liber, de *sex cogitationibus*, qui ejus sub nomine circumfertur, apud *Canisium*, T. 5. p. 2. non *Oresio* nostro, sed alteri *juniori* tribuitur.

Photinus.

Gente *Galata*, ann. 344. Episcopus *Sirmii* in *Illyrico* creatus est. Vir fuit, tum Græcè, tum Latine doctus, ingenii viribus, doctrinæ copia, & ad persuadendum

dum naturali facundia appositus. In Concilio *Sardicensi* damnatus; Multa blateravit, tum maximè contrà *Christum*, quam purum, putumque *Hominem* predicavit. Plura *Volamina* scripsit, omnes adversus *Hereses*, suadumtaxat excepta, quem cum Authore *Ecclesiæ* repro-
bavit.

Jamblicus.

Gente *Syrus*, patria *Chalcis*, genere illustris, & Philosophia insignis, flor. ann. 345. Plurima elucubravit de *Mysteriis Chaldaeorum*, & *Aegyptiorum*, alteriusque generis. In *Vita Pythagora*, multa excerptit ex *Porphyrio* præceptore apud *Vossium*, de *Hist. Græc. L.2. c.18.* & *Cardin. Bona.*

Cyrillus Hierosolym.

Hierosolymis ortus, flor. ad ann. 350. Vir doctrinæ Apostolicæ acerrimus propugnator, literis, & eruditione conspicuus, ex *Theodorit. L.2. c.26.* In *Hierosolymitanam* Cathedram canonicè à *Provinciæ Episcopis* erectus fuit; ubi contrà *Arianos* varia certamina subjens, pluries à Sede depulsus, & iterum restitutus, placidè postremò vixit. Meritis tandem plenus, post varias ab Hostibus, & pro fide toleratas ærumnas, migravit ad Dominum, ann. 386. Elogio non vulgari à *PP. Synodi Œcumen. 11.* planè redimitus. De ejus Monachatu inter *Eliades*, consule nostrum *Eliad. Appar. V. Cyrilus, &c.* Plura scripsit, & doctè; sed sub ejus nomine *Monumenta* illa, nimirum: *Oratio de Occursu Domini*, & *Epistola ad Augustinum*, de *Miraculis Hieronymi*, spuria, & supposita recensentur ab *Eruditis.*

T

Li-

Liberius Papa.

Patria *Romanus*, Augusti filius, post *Julii* obitum, in *Arce Rom.* Pontificatus Sedem obtinuit, ann. 352. Pro *Nicena fide*, & *Athanasii* tutamine, à *Constantio* exulatus, in *Beroea Thraciæ*, multa sustinuit incommoda; hinc tedio victus, *Formula fidei* sibi ab *Arianis* oblata, subscripsit; quænam illa fuerit, an *secunda Sirmiensis*, quæ *Arianismum* putidè olebat, an *prima contra Photinum*, quæ *Catholica* erat, magna contentio inter Eruditos adhuc hastenùs extat. De cætero lapsum suum reparasse, nulli dubium est inter PP., qui *Liberium* summis laudibus, ac sanctitate concelebrant, apud *Natalem*, *Hist. Eccl. T. 4. Sec. 4. c. 2.* Duæ *Spuriæ* nomini ejus affictæ *Epistolæ* exhibentur apud Recentiores Criticos. *Una*, ad omnes generaliter *Episcopos*, altera ad *Athanasium*, & *Episcopos Ægyptios*. Obiit ann. 366.

Donatus Grammaticus.

S Hieronymi præceptor, *Roma* claruit, ubi *Grammaticæ Scholam* publicè, nec sine plausu aperuit, & docuit, ann. Chr. 354. Sub ejus nomine *Commentaria* supra *Virgilium*, & *Terentium* leguntur; sed dubitant Eruditi, num foetus *Donati* extiterint.

Hilarius Sardus.

Rom. Ecclesiæ *Diaconus* extitit, ann. 354. Unà cum *Eusebio Vercellensi* in exilium pulsus, *Luciferianorum*, ac *Rebaptizantium* erroribus, suæ confessionis constantiam labefactavit. Hinc *Denacation Orbis* à *Hierony-*

onymo, in *Dialog. contra Lucif.* appellatus. Suos *Commentarios in Epistolas S. Pauli*, qui inter *Ambrosii Monumenta* leguntur, inter dubia reputantur ab Eruditis, hinc indè decertantibus. Quinimmò, & *Commentarium in Epistolam ad Hebræos*, Hilarii non esse, sed ex *Chrysofomi Commentariis* excerptum, iidem volunt.

Zeno.

Veronenfis Antistes, Syagrii in eadem Sede Episcopi decessor, ad ann. 360. clar. An verò Martyr extiterit, incertum. Circumferuntur sub ejus nomine *Sermones* 90. de plurimis *S. Scripturae* locis, rerumque divinarum argumentis, quorum antè *X. Seculum*, nec unus Auctor meminerit; tùm maximè cum ex *S. Basilii*, & *Hilarii Monumentis* desumpti videantur.

Libanius.

Anriobennus Sophista, inter *Ethnicos* nobilis, flor. *Juliani* tempestate, cui plurimum familiaris fuit, & egregiè meritus, ad ann. 360. Plures scripsit *Epistolas* floridas, & dilucidas. Impietate plenus, inter *Nunquam* pro cæteris; *Julianum* collocavit. In *Christianos* acriter sævit, multaque confarcinavit indigna.

Julianus Imperator.

Antea Christianus, indè Apostata, *Constantini* sanguine prorsus indignus, flor. ann. 361. Doctus, sed impius. Multa scripsit de *Cesaribus*, aliisque rebus, sed *satyricè*, & malignè, & si eruditione fæcunda. Pessimè in *Christianos* calumum acuit, & linguam. Demum in-

prælio contrâ *Persas*, hasta coclitus vulneratus, perit
ann. 363. ætat. suæ 32. Imper. 2.

Titus Bostrensis.

Bostrorum Urbis in *Arabia Antistes*, ann. 362. qui à *Juliano* pro fide calumniam passus, exilio multatus est. Mortuo *Juliano*, Synodo *Antiochensi* interfuit, cui suæ fidei professionem obtulit; dein plenus meritis, *Valente* imperante, ann. 371. è vita decessit. Dubitatur de sua *Hœmia in Ramis Palmarum*, exarata. Quoad *Expositionem* verò in *Evangelium Luca*, omnimodè Opus tamquam *Tito* suppositium, exploditur ab Eruditis, cum in iis *Commentariis* passim de *Chrysofomo*, *Cyrillo Alexandrino*, & *Pelusiota*, ipse sermonem habeat, prorsùs *Tito* recentioribus.

Damasus Papa.

Gente *Hispanus*, Ann. 366. in *Rom. Cathedra Summ.* Pontifex constitutus, nefando *Ursicini* Romani *Diaconi* schismate, ejus canonica electio turbata est. Propulsata *Schismaticorum* audacia, unà cum calumnia adversus eum impetita, Sedem pacificè tenuit, fidemque sanctissimis monitis propagavit. Senio obiit, ann. 384. Plura scripsit, metro, & prosa excellentia, apud *Hieronymum*. Opera verò ejus *suppositia*, hæc exhibentur à Criticis, nimirum: *Liber Pontificalis*, seu *de Vitis Romanorum Pontificum*, *Anastasio* Bibliothecario vulgò adjudicatus; & *Epistola* non pauca, ad diversos, ex *Cave*, *Sec. Arian.*

Epi-

Epiphanius .

Gente *Palestinus*, patria *Eleutheropolis*, *Constantiæ*, seu *Salaminis* in *Cypro* Infula Episcopus, ann. 368. quem, ob quinque linguarum peritiam PP. *πενταγλωσσον*, appellarunt. Vir, ex Hieronymo, in *Lit. ad Pamach.* quo nec ætate, nec scientia, nec vitæ merito, nec totius Orbis testimonio major extitit. Ex *Eliadum* Solitudinibus multa didicit, *Ascetarum* consuetudine edoctus, Vitam asceticam quoad vixit, sectatus est, ex nostro *Eliad. Appar. V. Epiphanius*. Multa composuit, quæ ab Eruditis propter res, à Simplicioribus propter verba, perspicuè lætitantur. Obiit senio, ad ann. 402. Opera verò ejus supposita sunt: *Philologus. De Vita, & Interitu Prophetarum. De 12. Gemmis in Veste Aaronis. Ejusdem Libri Epitome. Orationes VIII. videlicet, in Festum Palmarum: in Christi Sepulturam: in Christi Resurrectionem: in Christi Assumptionem. De Laudibus M. V. in aliorum Festa Dominica, & alia apud Criticos, unà cum Opere de Numerorum Mysteriis.*

Optatus .

Gente *Afer*, *Milevi*, in *Numidia* Episcopus, *Donatistarum* malleus, flor. *Valentiniano, & Valente Imper.* ann. 368. Sex dumtaxat de *Schismate Donatistarum* Libros egregiè elucubravit, ex Hieronymo; *Septimus* verò tanquam assutus, & addititius à recentioribus Criticis prorsus abjicitur.

Pa-

Paphnutius.

Natione *Ægyptius*, inter Anachoretas, solitudine, sanctitate, & miraculis celeberrimus. *Ad ann. 370.* *Vitam* scripsit *S. Onuphrii*, & aliorum, sed plurimum interpolatam à *Metaphraſte*.

Gregorius.

Gente *Hispanus*, Provincia *Baticus*, & *Illiberis* Antistes. *Ad ann. 370.* Arianorum oppugnator acerrimus extitit. Plura eleganter scripsit; sed *Librum* illum de *Fide*, contrà *Arianos*, non quidem *Gregorio*, sed *Faſtino* Præſbytero, adjudicant Eruditi.

Ephrem Syrus.

Ortu *Niſibenus*, in *Monastica Eliadum* *Philosophia* ſatis conspicuus, apud noſtrum *Eliad. Appar. V.* *Ephrem.* *Fidei Catholicæ* propugnator, hæreſum hoſtis; ac humilitatis, ſuæque abnegationis munere maxime clarus; qui, ut Præſulatus *Infulam* auſugeret, ſe *ſaturnum* finxit. Infinita penè ſcripsit *Syro ſermone*. Multa nihilominus ex iis, quæ in *Editione Voſſiana* leguntur, abjudicantur *Authori*, & ſunt: *Capita Paranetica* 19. *Ammonio* *Abbati* attributa. *Oratio ad B.V.* recentioris ætatis. *Sermo in Peccatricem*, & *Phariſæum*, *Chryſoſtomo* adſcriptus. *Sermo contrà impios Hæreticos*; & *de Conſummatione Mundi*, eidem *Chryſoſtomo* adjudicatus. *Aliaque*. Tandem meritis onuſtus, prophetia, & literis dives, fortunæ bonis pauperrimus obiit, 378.

Baſt-

Basilus M.

Gente *Cappadox*, sivè *Ponticus*, patria *Neocesariensis*; ad ann. 378. S. Gregorii Nanzianzeni *Athenis*, & in Solitudine Comes; *Cæsarea* in Cappadocia Episcopus creatus est. *Valente*, miraculis, & reverentia fracto, tantum connisus est, ut fidem penè collapsam, prorsus fulciret. Vir, fidei columen, veritatis norma, & Ecclesiæ forma, plena prudentiæ canities, fidelis Servus, & Magnus Pontifex, Dei, Hominisque Mediator, Spiritusque S. Domicilium, ex Gregorio Nanzianzeno, in *Epist. 38. ad Simplician.* Demùm multis exantlatis pro fide catholica laboribus, evolavit in Coelum, ann. 378. magno in funere populorum occurso, & concursu. Plura *Demosthene* digniora exaravit genuina. Quæ verò sunt Opera supposita apud Criticos, hæc exhibentur: *Hom. 10. & 11. in Hexaemeron. De Grammatica Exercitatione Libellus, Moschopoli foetus. De Consolatione in adversis, Lat. De Laudibus Eremitæ, seu Vita Solitaria, Fragmentum ex Opere Petri Damiani. Admonitio ad filium spiritualem, Lat. Præcatio cum Sacris operaretur; Fragmentum Epistolæ ad Julianum Imperatorem.*

Gregorius Nanzianzenus.

N*Anzianzi* in Cappadocia natus, cognomento *Theologus*, S. Basilii synchronon, ad ann. 370. Ex *Elidum* solitudine (prout in nostro *Appar. V. Greg. Nanzianz.*) in Patriam reversus, in *Susimorum* Cathedram evehctus est. Dein mortuo *Valente*, CP. Sedem obtinuit, quam postmodum tumultuaria jurgia sedandi gratia, spontè dimisit, ac *Nanzianzum*, ann. 382. rediit, ibique plerumque

que ruri degens, *Theodosii* tempestate obiit, ann. 389. Planè Vir, cujus pietas cum facundia decertavit. Inter ejus Opera, hæc sunt dubia, S. *Oratio*, seù *Epistola ad Evagrium Monachum, de Drvinitate. Significatio in Ezechielem*. Hæc denique suppositia, nimirum: *Metaphrasis*, seù *Translatio in Ecclesiastem*, Opus Gregorii Thaumaturgi. *Christus patiens, Tragedia*, quæ Apollinari Laudiceno tribuitur.

Gregorius Nyssenus.

Nysse in Cappadocia Episcopus, S. Basilii M. frater, natu minor, ad ann. 370. Orator summus, nec priscis Oratoribus inferior. Inter *Græciæ* Ecclesiæ lumina, censitus cum paucis, dignus *Basilio* frater, dignus *Nanzianzeno* sodalis. Varia scripsit, & eleganter. Hæc verò inter *Monumenta* sub ejus nomine exarata, spuria judicantur ab Eruditis, & sunt: *in Mulierem peccatricem*, & *eos, qui durius alios judicant*, & *de Pænitentia*. *Oratio in principium Jejuniorum*, *Asterii Amaseni* ambo fœtus, ex Photio, *Cod. 271. De Trinitate, adversus Judæos, ex V. T. delecta Testimonia. De Natura humana, Lib. 8. qui sunt Nemessii*. Obiit ann. 395. vel sequenti.

Cæsarius.

Gregorii Nanzianzeni germanus natu minor. Sub *Juliano, & Valente* professione *Medicus*, dignitate *Questor*, & *Bithyniæ* *Thesaurarius*, nec non, & *privatarum rerum in Augustorum Regia Comes*. Moriturus, cuncta pauperibus distribuit. Pietate, & literis plenus, tandem obiit ad ann. 368. Sub ejus nomine circumferuntur *Dialogi* *iv.* sive *Questionum quarundam gravissimarum*
Expli-

Explicationes, in quibus peritioſiorem rei Theologicæ peritiam oftendit; qui prorsùs *Casario* solidis rationibus abjudicantur à Criticis. Quod verò *contrà Gentes Volumen* scripserit, apud *Suidam*, non satis liquet.

Amphilochius.

Gente *Cappadox*, ann. 370. *Eliadum* Asceta, Iconiï in *Lycaonia* Episcopus constitutus, *Messalianos*, Ecclesiæ hostes sua Diocesi abegit, fidemque Catholicam *contrà Valentem*, aliosque *Arianorum* Sectarios, voce, & calamo acerrimè propugnavit. Obiit ann. 394. Plura scripsit, sed non pauca inter *apocrypha* computantur à Criticis, quæ sunt: *Oratio in S. Desiparam, & Simonem*, Theodoro Ancyrano adscripta. *Homilia de Penitentia; & quod non sit desperandum*, putidissimis quisquiliis referta. *Jambi ad Seleucum*, Gregorio Nanzianzeno adjudicati. *Vita S. Basilii*, *Nugivenduli* cujusdam Opus, &c.

Apollinarius Junior.

Ortu *Laodicenus*, Apollinariï senioris filius, ann. 370. in *Laodicensi* Cathedra constitutus Antistes, ex Catholico, Sectam hæreticorum amplexus est; cum quibus, præ cæteris *Christum* in propria Divinitate *passum*, humanam Naturam *de Cælo* detulisse, blasphemavit. Vir quippe doctissimus, sed impietate plenus; quique in eadem impietate sepultus periit. Illæ *duæ Epistolæ ad Basilium*, ex *Cotelerio*, *Monum. Eccl. Græc. Lat. T. 2.* tamquam dubiæ fidei à recentioribus Criticis abjudicantur Authori.

Ammianus Marcellinus.

GRacus gente, orta *Antiochenus*, flor. ann. 373. Inter Historicos sui temporis gravis, & laude dignus; at quia Miles, stylo asper, & obscurus. In suis vero *Digressionibus* crebris, plurimum sigillatus à Criticis..

Macarius Junior.

DOmo *Alexandrinus*, Πολιτικός dictus, *Eliadum* sectator illustris, & æmulator, *Archimandrita Nitriensis*, ad ann. 373. sanctissimè floruit, miraculis, & literis, apud nostrum. *Eliad. Appar. V. Macarius*. Obiit plenus meritis centenarius. Sub ejus nomine circumferuntur plura; sed inter cætera, *Sermonem de Exitu, Statuque Animarum post hanc vitam*, *Macario* nostro suppositum volunt Critici recentiores..

Ambrosius.

PATRIA *Romanus*, *Ambrosii Præfeti Prætoris Galliarum* filius, omnium planè consensu, imò divinitus in *Cathedram Mediolanensem* Episcopus erectus est, ann. 374. Vir, juxtà nomen verè cœlesti manans *ambrosia*, dignus qui sit, quod dicitur *Ambrosius*, hoc est *Immortalis*, & apud Deum, & apud Homines, ex *Erasmo*, *Ep. L. 28. Ep. 3.* Verè malleus *Hæreticorum*, cujus linguæ in fide Christi loquenti, nulla potuit unquam authoritas humana silentium indicere, ex *Trithemio*. Demum gloriosis pro *Ecclesia Catholica* perfunctus laboribus, migravit in Cœlum, ann. Chr. 397. Innumerabilia scripsit, & egregia *Monumenta*. Quæ verò *dubia* eidem abjudicantur,

tur, sunt: *De Virginis forma vivendi. De Virginis lapsu. Hymni aliquot. Liber de Viduis. Quæ verò supposita, hæc recensentur: Sermones de Tempore, & de Sanctis. Conciones breves. Sermo de Purificatione B. M. V. Precationes ad Missam 2. De Vocazione omnium Gentium, L. 11. De Filii Divinitate, & Consubstantialitate, adversus Arianos. In Epistolas D. Pauli Commentaria. In Apocalypsim D. Joannis Commentaria. De Vitiis, Virtutumque conflictu. Expositio fidei secundum Symbolum Nicænum. De Spiritu S. Libelli fragmentum. De Concordia Matthæi, & Lucæ in Genealogia Christi. Liber de Penitentia. De Origine, & moribus Brachmanorum. Expositio in Cantica Canticorum. Epistola ad Demetriadem. Canticum Te Deum laudamus, &c. apud Benedic. S. Mauri.*

Hieronymus.

Gente Dalmata, patria Stridonensis, ann. 378. Præbyter Antiochenus à Paulino ordinatus, Bethlemisæ Eremitæ, Eliadæ æmulator extitit, & incola, sanctitatis fama, literarumque gloria illustris. Quo nil habuit Latinus Orbis, vel doctius, vel Sanctius, & Erasmo, L. 28: Ep. 8. Utraque Doctrina, Sacra, & Gentili juxta absoluto: Linguarum, tantam habuit peritiam, ex Sixto Senensi, Bibl. 5. ut Græcam, Hebræam, Syram, Chaldæam, & Latinam omnes æquè ac Dalmaticam sibi maternam linguam teneret. Obiit Bethlemi senio, ann. 420. Infinita penè exaravit Volumina, inter quæ dubia sunt: *Epistola ad Augustinum, quæ incipit: cum in Urbe. Et alia ad eundem hoc principio: Anno præterito. Item alia per multæ ad Theophilum, ad Apromium. Præfationes in Baruch, & Maccabeorum Libros. Traditiones Hebraicæ in Lib. Regum, & Paralipomenon. Symbola fidei ad Damasum, & Cyrillum.*

Loca ex Actis Apostolorum . In Isaiam Hom. ix. Praefationes in Psalterium 11. & in Proverbia . Suppositia verò hæc exhibentur à Criticis, nimirum : Praefationes in Marcum, Lucam, Joannem, & Job. Epistola ad Celantiam, foetus Paulini Nolani . Commentarii in Job, & Salomonis Proverbia . In Hieremia Threnos L. 3. Bedæ, vel Rabani Opus . In Evangelium Marci Commentarius. Quæstiones in Habacuch. Ad Geronii filias de contemnenda hereditate Epistola, Pelagianum figmentum . De Virginitate ad Demetriadem . De septem gradibus Ecclesia ad Rusticum Episcopum. De iis, quæ Deo in S. Scripturis attribuuntur . De laude Virginitatis ad Mauritii filiam. De Cere Paschali ad Presidium Diaconum. De observatione Vigiliarum, Opus Nicetii Trevirensis. De vera Circumcisione ad Tharasium Epistola . Commentarii in Epistolas D. Pauli, ad Heliodorum, Pelagii foetus . Ad Pammachium, & Oceanum Epistola exhortatoria ; Aliæque plures ad Damasum, quæ incipiunt, Beatissimo Papa; ad Tharasium d. morte filie consolatoria : ad Oceanum de ferendis opprobriis, & de Vita Clericorum. Ad Paulam, & Eustochium, de Virtute Psalmorum . De Oblationibus Altaris, ad Damasum . De Scripioribus aliquot Ecclesiasticis ad Desiderium . Regula Monachorum, cap. xli. constans . Sacr. Sententiæ Theodoti. De Nativitate B.M. Tractatus. Indiculus de Hæresibus . Martyrologium . Comes, sive Læctionarius de Vitis SS. PP. &c.

Philastrius .

BRixia Episcopus, Literis, & Sanctitate conspicuus, clar. ann. 380. Librum scripsit de Hæresibus, quem cautè legendum esse, docet Bellarminus, *Script. Eccl.* Multa etenim inter Hæreses collocat, quæ sanè Hæreses minimè sunt . Inter cætera, hæreticum putavit dicere, antè

antè Turris *Babellica* ædificationem , *Linguas* in cunctis easdem fuisse, juxtà *Genes. Literam: Terra erat labii unius.* Quam opinionem meritò inter erroneas præ cæteris de *Castro* enumerat . Hic gente *Hispanus* fuit , *Castilianus* ortu .

Eunapius .

Sophista *Sardiannus* , in *Medicina*, & *Historia* non parum instructus, clar. ann. 380. Doctus Scriptor , sed impius , maximè contrà *Christianos* , *Idolatriam* propugnando ; hinc rabiosus *Diaboli Canis* meritò vocatus . *Casarum Res gestas* scripsit , aliaque non alio fine , quam ut *Veritati* ubique efflorescenti per *Christum* jacula conjiceret .

Nectarius .

Ad ann. 381. Tarso *Cilicie* natus , *Senatoria Dignitate* in *Urbe CP.* redimitus , in eadem *Sedem Episcopus*, *Theodosio* imperante, euectus est, ann. 383. E vita decessit ann. 398. Latine sub ejus nomine *Homilia de S. Theodoro*, an propriè factus *Nectarii* sit, dubitatur .

Helvidius .

Roma floruit , ann. 382. Vir , ex *Hieronymo*, planè rusticus, & moribus, & dogmatibus. *Libellum* scripsit , in quo *B.M.V.* ex *Josepho Sponso plures filios* suscepisse, blasphemavit; quem cum cæteris ejus *Scriptis*, *Ecclēsia* reprobavit, atque proscripsit .

Q. A.

Q. A. Symmachus.

ORtu Romanus, Vir Consularis, & Urbis Præfectus, Scientia Sæculari præditus, ac nullo Veterum minor, clar. ad ann. 384. Christianæ Religioni infensissimus; adeoque hæc de eo Prudentius concinnavit:

O linguam miro verborum fonte fluentem;

Romani decus eloquii, cui cedat, & ipse

Tullius; has fundit dives facundia gemmas!

Os dignum, aeterno tinctum, quod fulgeat auro,

Si mallet laudare Deum.

Rainesius, in Ep. 35. ad Hofman. p. 244. Symmachi Epistolas, quæ circumferuntur, non unius Symmachi, & si unius Sæculi esse, contendit.

Idacius Clarus.

Gente Hispanus, ac Emerita in eadem Regione Antistes, ann. 385. Priscillianorum malleus, & flagellum, pro quibus exilio multatus, ibidem sanctissimè obiit. Sub ejus nomine Liber ad Verinudum Arianum Diaconum, Idacio abjudicatur ab Eruditis, & Vigilio Tapfensi restituitur.

Theophilus.

Patria Alexandrinus, ac ejusdem Sedis Episcopus, ann. 385. Origenistarum oppugnator acerrimus; sed in S. Chrysostomum prorsus acerbior, quamvis à Hieronymo, aliisque PP. ob fidei, & doctrinæ integritatem summis laudibus commendatus fuerit. Præter genuina Monumenta, quæ egregiè exaravit, sub ejus nomine extant

tant *Epistola tres ad Hieronymum* directæ; verum ab Eruditis inter *suppositias* relegatæ. *Sermo* autem ille, *cujus rei Homo similis sit*, sub ejus nomine, quem Morellus Parisiis edidit 1608. in pluribus *Cod. MSS. Christophoro* quidam Alexandrino tribuitur apud Cocelerium, *Not. ad Mæm T. 2.*

Siricius Papa.

Patria Romanus, Tiburtio parente natus, ann. 385. post Damasum in Rom. Sede Primatum obtinuit, & Infulam; ex qua variis monitis, & Epistolis Ecclesiam sibi commissam contra Hæreses, pia sollicitudine custodivit. Obiit ann. 398. Ex quinque illis *Epistolis* ab eo exaratis, *Quartam* argumentis validis expungit Quisnelius, *Diff. 5. in Leonem M.* Quæ quid dicant Natalis, & cum eo Eruditi aliquot.

Joannes 44.

Hierosolymitanus Patriarcha, post Cyrillum, ad ann. 386. quem origine Romanum volunt non pauci, ex nostro *Appar. Eliad. V. Joann. Carmeli jubar*, & filius. Vir Demosthene disertior, acutior Chryssippo, & sapientior Platone, ex Theodorito, *L. 5. c. 35.* quem adhuc præconiis miris ornarunt Papa Anastasius, *Ep. ad Joann.* inter Opera Hieronymi: Augustinus, contra Petilianum, *L. 2. c. 51.* & Chrysostomus, *Ep. 88.* Propter Origenis famam (cujus ingenium, non fidem secutus) à Veteribus exagitatus plurimum fuit. Migravit ad Dominum, ann. 416. Plura scripsit, apud Petrum Wastellum nostrum in suis *Vindictis* doctissime elaboratis; quæ quidem *Monumenta* cuncta, utpotè *suppositia*, Joanni nostro abju-

abjudicant cum *Baronio* Eruditi recentiores, potissimum excludendo à genuinis foetibus (si adessent) *Librum de Institutione Monachorum* (Carmelitarum) ad *Caprasium*, &c. sed perperam, cum satis superque *Monimentis* validis *Carmelita* omnes cum suo *Aathore* solidè propugnarint, & *Exteri*.

Cl. Claudianus .

Gente *Ægyptius*, domo *Alexandrinus*, Poeta eximius, clar. ann. 388. Ethnicus pervicax fuit ; Statua tamen insignitus, dum in *Poematibus*, cum græcis, tum latinis, *Homeri* insumul, & *Virgilii* animam in se transfusam habuisse dicitur, ex *Valesio*, in *Annot. ad L. 1. c. 19. Hist. Eccl. Evagrii*. Ejus *Carmen de Christo*, quod sub ejus nomine in *Edit. Venet.* circumfertur, non *Claudiano* huic, sed *Damaso Papa* adjudicatur à *Vossio*, de *Poet. Lat.* vel alteri *Claudiano Mamerto*, *Zenonis ævo*.

Fl. L. Dexter.

Natione *Hispanus*, Dignitate *Præfectus Præt.* ad ann. 388. Vir exquisiti ingenii, literarumque minimè ignarus, *Hieronymi* familiaris, atque *Sinchronon*, cui suam *Historiam* nuncupavit. Extat sub ejus nomine *Chronicon*, à *Christo nato*, usque ad ann. 430. Sed id verum *segmentum* esse ; adeoque *Dextro* abjudicandum, cuncti *Periti* proclamant .

Æmilius Probus .

Clar. ad ann. 390. Sub ejus nomine leguntur *Vita Virorum Illustrium in armis*, *Theodosio* dicatæ ; sed

sed quia *stylo*, & *sententiis* antiquioris ætatis, vel *Cornelio Nepoti*, vel aliis ejusdem ævi adscribuntur ab Eruditis.

Tichonius.

Gente *Afer*, ad ann. 390. Vir eruditione sacra, & exotica celebris. Plura scripsit, sed Volumen illud *Homil. xviii.* inter Augustini *Monumenta* comprehensum, eidem falsò adjudicatur ab Eruditis.

Rufinus Turanius.

Ad ann. 390. patria *Aquilejensis*, Instituto Monachus, & inter *Eliades Asceta* nobilis, ex nostro *Eliad. Appar. V. Rufinus*. Vir, ex *Trithemio*, eloquens, & in divinis Scripturis valdè eruditus, græco, & latino peritus eloquio; inter Ecclesiasticos Doctores non parvæ opinionis fuit. Ejus *Scripta*, & si multa sint; tamen inter *Apocrypha* computantur 15. *Dist. S. Romana*; an propter suas *invektivæ Epistolas in S. Hieronymum*, ut dicitur; an quia valdè addictus erroribus *Origenis* cum suo *Peri Arcon*, non pauca *Romæ* scandala disseminavit, & *Orbi?* Videant Eruditi. E *Græcis* vertit *Josephum: Eusebii Historiam*, aliaque plurima; aded ut disiteri haud potest ex Dupino, *Bibl. Eccl.* quin ei non parum debeat *Ecclesia Latina*, quod præcipuorum Authorum *Græcorum* notitiam, ei gratificatus sit, quicquid alii dicant. Obiit in *Sicilia*, ann. 410. Inter *Monumenta*, quæ supposita videntur, hæc sunt: *Professio fidei*, *Ruffino* potius *Syro*, quàm *Aquilejensi* adjudicanda ex *Garnerio*. *Libellus fidei contra Hæreticos*, eidem *Syro* adscriptus, aliaque...

Aurelius.

Gente *Afer*, & *Carthaginensis* Antistes, Anno 390. Vir pro fide strenuus, ac contra Donatistas verbo, & scriptis, nulli secundus. Inter cætera ejus *Opera*, circumfertur quædam *Epistola ad Damasum Papam*, quam recentiores Critici in *Pseudo Isidori* merces refundunt. Obiit ann. 426.

Paulinus.

Romanus origine, Dignitate Senatoria clarus, atque Imperii collega, Ann. 391. Repudiatis indè vitæ illecebris, inter *Ascetas*, vitam sanctissimè excoluit; peregratisque variis Orbis partibus, demum in *Nolanum* secessum se abdidit: futurus post clarior, quò tunc obscurior, Insula, & calamo. Charitatis radiis Urbem illustravit, & Orbem, atque doctrinis. Inter ejus opera celebriora, hæc *spuria* exhibentur: *Carmen Eucharisticum de Vita sua*, alteri *Paulino Ausonii* nepoti tribuendum. *De Vita S. Martini*, Lib. v. 1. carmine heroico ad *Perpetuum Turonensem* Antistitem, *Paulini Petricorii* foetus; & *Epistola ad Faustum Rbeziensem*, alterius *Paulini* Opus, apud Eruditos. Obiit ann. 431.

A. Augustinus.

T*Agasta* in Numidia natus, Parentibus Patricio, & Monica, ad ann. 355. ingeniorum apex, naturæ operæ pretium ultimum, sæculorum omnium stupor, & facultatis divinæ *Magister* extitit. Verè *Augustinus*, quia ipsemet, vel magis *Aureum*, vel *Augustinus*, ut Nomi-

minis vocabula produnt, Christianus Orbis non habuit. Ex *Manichæo* Christianus factus, cum Manichæismo Hæreticos omnes exagitavit, vicit, refellit calamo, & ore. Post S. Matris obitum, Roma reversus in *Africam*, Præbyter ordinatus, *Hipponensem* Infulam, ad ann. 396. accipit, quam per ann. 35. sanctissimè rexit, donec ab *Wandalis* Hipponam devastantibus, cruciatus, Domum non manufactam invenit in Cœlo, ann. 430. ætat. suæ ann. 76. Innumerabilia scripsit omnigena eruditione referta. Quæ verò *Dubia* Augustino adscribuntur, sunt: *Meditationes* Lib. 11. *Soliloquiorum Anima ad Deum Liber*. *Manuale*, quod videtur Anselmi. *Questiuncula de Trinitate* 33. *Testimonia adversus Pelagianos Hæreticos*. *Tractatus brevis de Trinitate*. *De fide rerum invisibilium*. *De vera, & falsa Pœnitentia, ad Christi Devotam*. *De Quarta feria, sive Cultura Agri Dominici*. *De tempore Barbarico*. *De Cataclysmo*. *De Pœnitentia utilitate*. *De Pugna Anima*. *De Urbis excidio*. *De Mulierum honestate*. *De laudibus Charitatis*. *De quatuor Virtutibus Charitatis*. Quæ verò supposita, hæc exhibentur à Criticis: *D. Vita Eremitica ad Sororem*, Alretti foetus. *Regula* 11. Clericis data. *De Ecclesiasticis Dogmatibus*, Opus Gennadii Messaliensis. *Epistola ad Cyrillum*, de laudibus Hieronymi. *De Mirabilibus S. Scripturae*, Lib. 111. alterius Augustini Abbatis Hiberni Opus. *De fide ad Petrum Diaconum*, quæ est Fulgentii Ruspensis. *De Spiritu, & Anima*, Alcheri labor. *Questionum* 21. Lib. *De benedictionibus Filiorum Jacob*, Alcuini Opus. *Questiones V. & N. Testamenti*, Hilario Diacono attributz. *Questionum* 65. *Dialogus inter Orosium, & Augustinum*. *De Essentia Divinitatis Liber*, qui Eucherio Lugdunensi adscribitur. *De Unitate, & Trinitate Dei*. *De Incarnatione Verbi*. *Oratio de Passione Domini*. *De Vita, Conversatione, & Morte S. Monica Memoria, sive Narratio*.

Ad Fratres in Eremito commorantes, Ser. 76. De Singularitate Clericorum. Super Magnificat. De Antichristo, Rabani Mauri foetus. De Arbore Scientia boni, & mali. De Creatione primi Hominis. De rectitudine Catholica Conversationis, quæ est Eligii Noviomensis. De Conflictu Vitiorum, & Virtutum, Ambrosii Autperti Opus. Speculum peccatoris. De Sobrietate, & Virginitate. De Consolatione Mortuorum Ser. 11. De Visitatione Infirmorum, Lib. 2. De bono disciplina, foetus Valeriani Camaliensis. De Obedientia, & Humilitate. De Vanitate Seculi. De Contemptu Mundi. De Assumptione B. M. De Vita Christiana, Liber Fastidii Britannii. De Speculo, in quo citatur Boetius. De Cognitione vera vita, Honorii Augustudunensis Opus. De Contritione Cordis, quæ Anselmo adjudicatur. De 12. abusuum gradibus. Scala Paradisi, inter Bernardi Monumenta. De triplici habitaculo, S. Fulgentio Liber adscriptus. In Apocalypsim Expositio, seu Homilia 18. contra Pelagianos Hypognosticon, L. 6. Mario Mercatori, sive Sixto Romano attributi. De Prædestinatione, & Gratia, Fulgentii labor. De fide, sive Unitate Trinitatis, contra Manicheos, Evodii Uzalensis Episcopi foetus. De alteratione Ecclesiæ Dialogus. De Amicitia, quæ est Ælredi Rievallensis. Exhortatio de salutaribus documentis ad quemdam Comitem, Paulini Aquilejæ Opus. De substantia dilectionis, & amoris, Hugonis Victorini foetus.

Sex. Aur. Victor.

Gente Afer, ut creditur, Secta Gentilis, clar. ann. 396. Scripsit. de Viris Illustribus Librum, quem non pauci Eruditi Plinio, vel Suetonio, vel Cornelio Nepoti tribuunt. Et de Vitis Cesarum, ex Suetonio, & Eutropio excerptis; ac demum de Origine Gentis Romane, Opus ab alio

alio fortè congestum, quod à plerisque *Victori Juniori* adjudicatur. Videant *Petiores*. De cætero Author fuit præclari ingenii, & multi laudum apud Eruditos.

Anastasius Papa.

A Nno 398. Patria *Romanus*, ac in eadem Rom. Sede Pontifex Max. Sub ejus nomine *duæ Epistolæ* circumferuntur in *Tom. II. Concilii* quas inter *suppositas* Eruditi reponunt.

D. M. Ausonius.

G Ente *Gallus*, domo *Burdegatensis*, Rom. Consul, atque Imper. *Gratiani* præceptor, clar. ann. 390. Plura scripsit, & docta, *Atticis* salibus aspersa, sed petulantior, & lascivior, quam inter Christianos numerari dignus sit, ex *Lil. Gyrald. De Poet. Dialog. 10.* In suo *Grypho* eruditissimus. In sua *Mosella* elegans. In *Epigrammatibus*, non satis cultus. An *Ethnicus* fuerit, vel *Christianus*, ambigitur. *Disticha* sub *Dianysi Catonis* nomine, *Ausonio* nostro tribuuntur ab Eruditis aliquot, non sic apud cæteros.

Jo: Chrysostomus.

Patria *Antiochenus*, ann. 398. à Sede *Antiochena* in *CP.* vocatus, ut *Urbs* princeps, *Eloquentiæ* princeps. *latæctus*, *Eadoxiam* ambitiosam *Fœminam* habuit hostem, à qua per *Theophilum* *Alexandrinum* in exilium pulsus, *Comanis* perit acerbitate *Custodum*. De *Chrysostomi Monumentis* adhuc tantillum dicere verum est, cum ea *Chrysostomi* sint. Linguam habuit, ex
Sai-

Suida, quæ suo fluxu *Nili* Cataractas superabat. Sanè nullus Mortalium tanta dicendi copia abundavit, quanta solus ille ditatus erat, & solus absque fuce illud aureum, & divinum Chrysofomi nomen, hæreditario quasi jure est consecutus. Hinc propter miram in dicendo eloquentiam dictus à Græcis *κευρομῶς κινεμεσορῖσμος*. Ferè infinita exaravit. Quæ verò partim *dubia*, partim *suppositia* sunt, hæc exhibentur ab Eruditis: *De Anathemate Oratio*, apud Halesium. *Epistola Paranetica ad Virginem quamdam Deo devotam*, quæ est Joannis Neustetæ. *Homilia quadam*, apud Erasmum. *De recipiendo Severiano. Ad Neophitos Homilia*, ex Flamin. Nobil. Nonnullæ *Epistola ad diversos*, apud Halesium. Ex VI. *Sermonibus de Lazaro*, ultimus, alterius foetus. *Unum, & eundem esse Legislatorem utriusque Testamenti Sermo*, apud Frontonum Ducæum. *De Serpente aneo*, Opus Severiani. *De Sigillis Librorum*, præfati Severiani labor. *De Decollatione Baptiste, & de Herodiade*, Hom. II. apud Photium. *In Annunciationem Deipara. De Pseudo Prophetis, & falsis Doctoribus* Hom. quæ est Joannis Neustetæ. *Operis imperfecti in Matth. Hom. II V. Arianizantis Opus. Aliaque cum Commentariis in Marcum*, apud Eruditos.

Marcus.

INter Ascetas *Nitrienses* nobilis, ann. 401. Sub *Eliadum* Instituto claruit, apud nostrum *Eliad. Apparatum, V. Marcus*. Vir mitis animo, memoria illustris, doctrina plenus, & sanctitate celebris. Plura scripsit, sed non omnia genuina tribuuntur *Authori*; sed potissimum Opus de *Paradiso, & Lege Spirituali*, cujus *Proæmium* totidem verbis in *Hom. 37. Macarii* legitur.

Asc-

Asterius .

Gente *Scytha*, professione Christianus, Dignitate Antistes *Amasea* in Ponto, ad ann. 401. flor. Multa exaravit apud Photium, *Cod. 271*. De illis verò *Homiliis à Combesifio collectis*, apud *Cave, Sac. Nestor.* dubitant Eruditi .

Severus Sulpitius .

Gente *Gallus*, patria *Aquitanus*, ann. 401. professione Monachus, Hieronymo, Paulino, & Martino familiaris, atque synchronus fuit. Nuper à *Pelagianis* deceptus, catholica luce postmodum illustratus, sanctè vixit. Plura scripsit, sed præ exteris *Dialogos 111*. Interlocutoribus *Gallo, & Posthumio*, quorum primum *de Virtutibus Monachorum Orientalium*; Secundum, & Tertium, *de Virtutibus B. Martini*, ob errorem *Millenariorum* in iis deprehensum, damnavit *Gelasius*, sub titulo *Opusculorum Posthumiani, & Galli*. Item, ex *Quinque Epistolis*, sub Severi nomine à *Dacherio* exaratis; ultima, non jam *Severi* nostri, sed alterius *Severi* foetus dicitur esse, ut ex *Epistola 14. p. 535.* constare videtur. De ejus Monachatu, vide nostr. *Eliad. Appar. V. Severus Sulpitius*.

Chromatius .

Patria *Romanus*, ann. 401. in *Cathedra Aquilejensi* est institutus Antistes. *Origenistarum* Oppugnator acerrimus, ac *Joannis Chrysofomi*, ore, & calamo præsidium, atque tutamen. Inter *Hieronymi Monumenta* legitur *Epistola* quaedam ad eundem directæ, sub *Chroma-*

maris, & Heliodori nominibus, de Nativitate B. M. & altera ad eundem iisdem nominibus concinnata; sed utraque suppositia ab Eruditis communiter judicatur.

Philo.

AD ann. 401. incertus origine. *Carpasia* Urbis in *Cypro* Episcopus constitutus est, doctrinæ fama, & sanctitate celebris. Sub ejus nomine *Commentarium in Cantica*, aut interpolatum, aut *Philoni* suppositium recensent non mediocres Eruditi.

Innocentius I.

Gente *Italus*, patria *Albanensis*, ac in Arce Rom. Pontificatus Summus Hiercha, ann. 402. inauguratus fuit. In causa *Chrysofomi* contra Orientales, acerrimus propugnator, & vindex. *Pelagianis*, *Novatianisque* maleus, atque flagellum. Plures *Literas* exaravit, inter quas nonnullæ Authori *suppositiæ*, atque spurix reputantur à Criticis, potissimum 111. num. 30. ad *Archadium* directæ, apud *Savilium*.

A. Prudentius Clemens.

Gente *Hispanus*, Palatinus Miles, ac Poeta Christianus, ann. 405. Theodosio M. Imper. floruit. Vir supra ingenium Seculi sui facundia, & pia eruditione, affluebat. Plura composuit *Metrica*, quorum *Versus*; si *quantitatum* vitiis exuerentur, ferè sine salebris sonori, decorique legerentur. Peroratio illa, sive *Orati. ad Deum*, quæ videtur appositæ calci libelli *Hamartigenia*, sive de *Origine peccatorum*, spuria planè cognoscitur, & *Prudentius*

tio indigna . Contraria quippè est *Ode 7. idemur.* dicendo : *Non posco beata in regione Domum , &c. ex Cave , Sac. Nestor.*

Joan. Cassianus .

Gente *Scytha* , *Athenis* ortus , flor. ann. 405. Semipelagianorum Signifer extitit . Plura exaravit , sed cautè legenda , ex *Cassiodoro* . Inter cæteros errores docuit : licitum esse mentiri pro Vita tuenda , aut pro magno beneficio alicui impendendo , adhuc causa humilitatis . Contrà *Conc. Calced. IV.*

Pelagius .

Natione *Britannus* , ann. 405. Instituto Monachus , genio vafer , morum simulatione unicus , secta Hæresiarcha . Hic , *Hæresim* , sociis adhibitis *Juliano* , & *Cœlestio* , contrà *Divinam Gratiam* disseminavit , blasphemando : Nos non *Dei gratia* , sed *Natura virtute* justificari . *Adam* mortalem *natura* dixit , non *culpa* ; adeòque filios *Originale* non contraxisse *Peccatum* , nec ex consequenti *Baptismo* indigere . Aliaque plura impia consarcinavit , calamo , & ore . Quæque cum suo *Authore Ecclesia* pluribus in *Conciliis* , præsertim *Carthaginensi* , & *Milevitano* reprobavit , condemnavitque . Quid illi exinde post tot peragratas *Plagas* contingerit , certò non liquet .

Cœlestius .

Britannus origine , sanguine nobilis , ac *Pelagii* individuus *Achates* , verbo , & exemplo , ann. 407.

Y

in

in Synodo Rom. damnatus periit, qua morte, non constat. Inter impia *Monumenta*, quæ exaravit, circumfertur *Definitionum Liber*, Cœlestio abjudicatus ab Eruditis. Similiter, & *Epistola* II. Una, *de Scientia divina Legis*, & altera, *de duobus filiis, frugi, & luxurioso*, tametsi *Pelagianismo* refertæ, Cœlestio tamen non adscribendæ.

Cyrillus Alexandrinus.

Alexandriæ natus, ad ann. 412. de Carmeli solitudine ad subeundam *Infulam Alexandrinam* vocatus, *Theophilo* patruo suo in *Patriarchatu* successit. *Nestorium*, Cœlestini *Papa* nomine, in *Concilio Ephesino* damnavit, ac *Maria* semper *V. Theotocoon* nomen gloriôsè restituit. Vir fuit excellentissimi ingenii, & in omni doctrinarum genere valdè præclarus. Plura scripsit, & doctè. Quæ dubia sunt, hæc exhibentur à Criticis. *Liber adversus Judæos*; & *Breves illa Anagoges*. Itidem *Libri* 16. in *Leviticum*, Origenis potius *Opus*. *Liber de Sacrosancta Trinitate*, ævi posterioris ad ipsum, post *Sextam* nimirum *Synodum* exaratus; in quo copiosè *de duabus Naturis, & Voluntatibus in Christo* disputat Author. Inter *Homil.* 19. in *Hieremiam*, sub Cyrilli nomine, ultima est *Clementis Alexandrini, de Divite salvando*. Quemadmodum & *Apologi morales* sub ejus nomine, fœtus *Origenis*. Opus denique Cyrilli, *Thesaurus* dictum, videtur imperfectum: multa etenim à *D. Thoma* citantur, quæ in *Codice* illo minimè legitur. Obiit ann. 444. eruditione plenus, sanctitate summus, & zelo *Catholicæ fidei* conspicuus.

Sy-

Syneſius.

A *anno 412.* claruit. Philoſophus antea *Ethnicus*, *Platonica*, ſivè *Pythagorica* ſapientia imbutus, *Prolemaidis* in *Thebaide* exinde *Episcopus* effectus eſt. *Plura* exaravit *de Regno*, *de Providentia*, *Epistolæ*, *Hymnos*, *Homiliæ*, *de Inſomniis*, aliaque cum *Petavii Notis*. Vir ſanè, nedum admirandæ ſanctitatis, & doctrinæ, ſed eloquentiæ illuſtrior extitit. Nihilofeciùs, non pauca ſuis *Operibus de Ethnicismo* inſeruit, & præſertim *de Diis Gentium*, *Fortuna*, *Fama*, *Venere*, & aliis: *Veneris* potiſſimum indignatione, ut dicit *Epist. 4.* factum eſt, ut *Mulieres Lybica* grandes haberent *mammillas*, *pectoraque* exuberantia nimis, adeò ut *infantuli*, non jam per *alas*, ſed per *humeros* lac ſugerent, *Mamma* in *ſcapulas* rejecta.

Paulus Oroſius.

G *ente Hispanus*, patria *Tarraconenſis*, *Arcadio*, & *Honorio Principibus* clar. *ann. 416.* *Augustino*, & *Hieronymo* ſynchronus, familiaris, ac multis nominibus ab utroque commendatus. Vir, in utraque *Literatura* conſpicuus, *Eccleſiaſtica*, & *Seculari*; eſſi nimis credulitatis ſugilletur à *Criticis*. *Plura* ſcripſit; ſed dubitatur ab *Eruditis*, an *MSS.* ejus nomine *de Viris Illuſtribus*, *Oroſii* ſit, an potiùs *Honorii*, apud *Voſſium*.

Faſtidius.

P *riſcus* dictus, gente *Britannus*, ac in eadem Regione, apud *Gennadium*, *de Script. c. 56.* *Antiſtes*. In-

ter ejus *Opera*, Dempsterus, *Hist. Scot. L. 6.* quoddam *Chronicon* Fastidio accenset; sed tamquam suppositum, imò *segmentum* esse, cuncti clamant Periti. *Clar. ann. 420.*

Anonymus.

A Pud *Philastrium*, hæresi foedatus, quique apud alios *Asterius* dictus, ad ann. 416. præter cætera scripsit: primos Parentes, ante culpam *cæcos*, post ligni vetiti comestionem, *videre* cœpisse. *Reprob. in Conc. Millev. 11.*

Nicæas.

AD ann. 420. post *Chromatium* in Sede *Aquilejensi* successor; *Hieronymo* charus, ac in itinere socius fuit. Inter alia, *Libellum* scripsisse dicitur ad quamdam *Virginem lapsam*, ut eam ad poenitentiam revocaret; sed quia inter *Ambrosii Monumenta* illa reperitur, ambigitur ab Eruditis, an *Nicææ* foetus sit.

Paulinus alter.

S *Ambrosii Mediolanensis* Diaconus, & Notarius. *Cælestii* debellator ecerrimus, ac de Ecclesia Catholica optimè meritis palàm eluxit. *Flor. ann. 420.* Inter sua Monumenta, *Liber ille, de Benedictionibus Patriarcharum*, quem *Isidorus Hispalensis* *Paulino* tribuit, tamquam perspicuè suppositum *Paulino* nostro, *Rufino Aquilejensi*, cuncti adjudicant Eruditi.

Leporius.

A *Quensis* Monachus, ann. 420. Pelagianorum errorea aliquando sectatus, *Augustini* postea doctrinis victus, Catholicam fidem ad mortem usque propugnavit, calamo, & ore. *Libellum* scripsisse fertur, de sua *Emendatione*; sed quia à Veteribus cunctis *Augustini* nomine ille legebatur, (quicquid dicat *Quisnelius*) merito ab Eruditis ambigitur, cuinam ex laudatis debent adscribi.

Eudoxia.

A D ann. 421. antea *Athenais*, *Leontii* Philosophi *Atheniensis* filia, quæ corpore, animoque cultissima, ex summa inopia, ad *Theodosii Augusti* Thalamum per *Pulcheriam* evecta fuit. Unius *pomi* dono suspecta Principi, *Hierosolymam* secessit, in qua sanctissime conversata, tandem obiit ann. 459. Plura concinnavit *Poesica*, ex *Photio*, *Cod.* 183. admiratione digna. Inter cætera, *Homero Centones*, plures Veteris, ac Novi Testamenti *Historias* complectentes; quod quidam Opus *Patricium* quemdam *Græcum* Virum, doctrina plenum primum collegisse, posteaque indigestum *Opus* relictum, *Eudoxia* in ordinem redegit, atque complevit, ex *Zonara*.

Maximus.

T *Auricensis* Antistes, doctrina, & sanctitate conspicuus, ad ann. 422. *Honorio*, & *Theodosio* imperantibus, sanctissime obiit. Penè innumerabiles *Homilias*

lias Hyemales, Æstivales de Sanctis, atque diversis, luci donavit; sed quia ferè omnes inter *Ambrosianas* reperiuntur, ambigitur, quem ex utrisque parentem teneant.

Theodoritus.

Aliis *Theodoretus*, ann. 423. Natione *Syrus*, patria *Antiochenus*, genere nobilis, ac *Chrysofomi* discipulus, *Eliadam* æmulatione elarus, Episcopus *Cyri*. Vir, eruditione, & iudicio nulli secundus, qui ob eloquentiam summam, doctrinam, atque pietatem, *Antiochie* Præsulibus maximoperè gratus fuit. Plura *Monumenta* doctissima exaravit; inter quæ, hæc *Apocripha* reputantur, & suppositicia, nimirum; *Lib. IV. Cap. 12.* quod de *Nestorio* inscribitur. *Contra Nestorium Liber ad Speracium.* Ex *Epistolis* 34. 19. sunt aliquorum quorundam Episcoporum Orientalium. *Epistola ad Joannem Antiochenum*, de *Obitu Cyrilli*, falsa, & indigna, quòd adscribatur *Theodorito*. Falsa, cum *Joannes Antiochenus* excefferit antè *Cyrillum*: indigna verò propter verba *Theodoriti* sanctitati inconsona. Citationem *D. Thomæ* super *Commentaria Theodoriti* in *cap. 3. Epist. 1. ad Corinth.* pro fide *Purgatorii* confirmanda, non haberi, nec græcè, nec latinè in iisdem, ut constat, undè apparet, quod decepta fuerit docta simplicitas tanti Doctõris ex *Codicibus* aliorum.

Cælestinus I.

Post *Bonificacium* in Pontificatu *Romano* successor, ann. 423. *Prisci Rom.* Civis filius, qui *Nestorianam* Hæresim in *Concilio Ephesino* damnavit; ac *Pelagianos*
cun-

cunctos, *Massilianosque Semipelagianos compressit*. Variis deinde monitis Ecclesiæ sibi commissæ datis, obiit *ann. 432*. Inter *Epistolas non paucas ad diversos directas, illæ tres apud Nicephorum, L. 14. c. 39. ad Cyrillum, Joannem Antiochenum, & Rufum Thessalonicensem*, spurix propugnantur à Criticis; ac ejusdem furfuris *Liber ille sub Celestini nomine, de Secretis*.

Philostorgius.

Gente *Cappadox*, & in *Scientiarum Encyclopedia* eminentissimus, *clar. ann. 425*. Secta *Arianus, Eunomianus, & Anomæus*; hinc eum vocant Critici: *Εσπιου*, Deo invisum, & *Atheum*. Scripsit *Historiam Ecclesiasticam*, eò fine dumtaxat, ut laudibus *Arianismum* extolleret, & convicia in *Orthodoxos* perfunderet. Impius ore, & calamo.

Zosimus.

Ethnicus, ac *Christianæ Religionis hostis infensus*, *clar. ann. 425*. De *rebus gestis Cesarum*, ab *Eunapio* plura descripsisse dicitur, apud *Vossium, de Hist. Græc. L. 2. c. 18*.

Nestorius.

Natione *Syrus*, non jam ex *Germania*, ut ait *Ricciokus*, sed ex *Germanicia* *Syriæ Urbe*, natalen duxit, *Pauli Samosateni nepos, & Theodori Mopsuesteni discipulus*, in *Cathedra CP. euectus est, ann. 428*. Bienniò optimus, mox blasphemus, à *B.V. Maria Deipara* nomen abstulit, eam non *Theotocon*, sed *Christoto-*

cos nominando . Hinc ab *Ecclesia* universaliter congregata in *Ephesina Synodo* , damnatus fuit , ac à Theodosio Imperatore in exilium pulsus , *lingua consumpta Vermibus* , extinctus periit , *ann.440* . Vir , ex *Socrate* , nequam doctus , sed natura dumtaxat facundus . Plura scripsit impia ; at *Homilia* aliquot , quæ *Nestorio* adjudicantur à *Garnerio* , inter *Opera Chrysofomi* , *Amphilochii* , *Asterii* , & *Basilii Seleuciensis* , sub eorum nominibus leguntur à Criticis .

Theodotus .

AD *ann.430* . Ancyranus in *Galatia* Antistes , *Nestorii* in Concilio *Ephesino* , præ aliis , acerrimus oppugnator . Plura scripsit doctrinæ plena , & acumine . *Liber* tamen ille contra *Sacras imagines* , quem nonnulli *Etherodoxi* *Theodoto* nostro attribuunt , sanè mentiuntur , non enim *Theodoti* nostri factus , sed alteri *Theodoto* *Pseudo Patriarchæ CP* . qui adversus *Immagines* acriter innoxit , refundendus est .

Proba Falconia .

MAtrona *Romana* , sanguine illustris , *Adelphi Proconsulis* Coniux , græcè , & latinè altera *Sapho* , gloriosissimè eluxit , *Valentiniano III* . & *Honorio* juniore imperantibus , *ann.430* . Inter alia *Poemata* , *Virgilio Centones* composuit , in quibus varios utriusque *Testamenti* *Locos* metricè descripsit , quod *Gelasius Papa* , *ann.494* . inter *apocryphos* computavit .

Hi-

Hilarius Arelatensis.

ORigine Gallus, splendore nedum Sanguinis, quàm Literarum summè præclarus. Ex *Monacho* Ligu-
nensi ad Insulam *Arelatensem* euectus est. Ad ann. 430. Semipelagianorum Dogmati adhæsit, quòd tamen pro-
pediem moriturus abdicavit, ex *Quesnelio*, in *Not. ad Op. S. Leon. T. 2.* Plura composuit docto Calamo, atque erudito, prosa, & metro. *Epistola* sub ejus nomine ad *S. Augustinum* directâ, prorsus est *suppositia*, contrâ *Semipelagianos*, apud Eruditos. Si enim ipse tunc tempo-
ris *Semipelagianus* erat, abhorret ab omni veri specie, quod adversùs *Semipelagianos* calamum strinxerit. Tùm pariter, dum *filium* eum vocat *Augustinus*, non ad *Hilarium* nostrum *Episcopum*, sed fortassè ad alium *Laicum* suam direxit *Epistolam*, ut constat ex *Lib. de Prædest. SS. c. 1.* Insuper, & *Narratio de Miraculis S. Genesii*, sub ejus nomine decorata, propter *Styli* diversitatem, atque facundiæ dissonantiam, tamquam *Spuria* est explodenda, & *Honorato* *Massiliensi* restituenda parenti.

Eutherius.

T*anensts* *Metropolita*, ann. 431. adversùs *Cyrillum*, *Nestorio* plurimum favit; adeòque sede exaucto-
ratus, ac *Scyropolim* in exilium pulsus, & mox ex eadem fugatus, tandem *Tyri* periit. *Sermones* 17. in varias *Hæreses*, unâ cum *Epistola* præmissa motuum *Ecclesiasticorum* *Tragediam* describente, inter *dubia* computamus; cùm, vel *Athanasio*, vel *Maximo* *Monacho*, ex *Photio*, *Cod. 46.* vel *Theodorito* præfata *Monimenta* adjudicentur à *Criticis*.

Z

Pa-

Patricius.

Gente *Scotas*, *Hibernorum* Apostolus à *Coelestino I.* creatus, *Insulam* illam, verbi potentia, sanctimonia vitæ, miraculorumque præstantia, ex *Dæmonum* domicilio, in *Elysium* Angelorum convertit. *Ann.* 432. Plura scripsit, sed apud Criticos, non pauca *Patricio* abjudicata sunt, nimirum præ cæteris, de *Tribus Habitaculis Liber. Carta S. Patricii*, sive *Epistola de antiquitate Avellonica. De abusibus Seculi. Sermo* sub ejus nomine, apud *Richardum Stanihurstum*, *Vita S. Patricii* annexus. *Epistola de Legatione*, sive *Missione ad Hibernos*, cum sua *Æra Christiana* in *Epistola* fronte, ævo illo suspecta, ex *Miræ*.

Sixtus III.

Patria *Romanus*, *Coelestinum I.* in *Arce Rom.* Pontificatus est constitutus *Episcopus*, *ann.* 432. Primus sub *Zosimo*, *Pelagianorum* oppugnator. Multa pro *Ecclesia Dei* sancivit, pacem *Orientalibus* inter & *Ægyptios* statuit, ac non pauca maledicta à reprobis hominibus passus est. Plura exaravit; sed *supposita* prorsus sunt: *Epistola ad Orientales Episcopos*, anachronismis plena, & *Stylo Sixtino* omnimodè inconfona. *Acta de Synodali accusatione, & expurgatione Polychronii Episcopi Hierosolymitani*, nusquam in illa Sede extant. *Libri III. de Divitiis, de Castitate, de malis Doctoribus, de Operibus fidei, & de futuro Judicio*, plurimum *Pelagianis* erroribus inquinati. Obiit *ann.* 440.

Ma-

Maximus alter.

NAtione Gallus, ex Monacho Lirinensi, *Rhegiensi* in Gallia Narbonensi Antistes, ad ann. 433. Multæ *Homiliae* sub ejus nomine circumferantur; sed si dumtaxat IV. demas, cunctæ inter *Eusebii Emissemi*, sive *Eucherii Lugdunensis Homilias* locum habent.

Eucherius.

Gente Gallus, Sanguine illustris, ex Solitudine *Ascatica*. Lirinensi, ad *Lugdunensem Insulam* vocatus, ann. 434. plenus literis, & meritis, obiit ann. 454. *Valentiniano*, & *Marciano* imperantibus. Plura exaravit insignia, & eloquentiæ lepore referta. Quæ ipsi abjudicantur *Opera*, hæc exhibentur à Criticis, nimirum *Homiliae* aliquot, *Eusebio Emesemo*, vel *Branoni Astensi*, vel *Maximo Rhegiensi* adscriptæ. *Historia passionis S. Mauricii*, & *Sociorum Martyrum Legionis Thebeæ*, alterius *Aucherii junioris* factus. *Commentarii in Genesim*, & *Libros Regum*, in quibus citati leguntur *Gregorius M.* & *Cassiodorus*, ad ipsum recentiores.

Proclus.

AD ann. 434. Vir, tam Literis, quàm optimis moribus, si quisquam aliis peditus: Primò *Cyzicorum* Antistes, mox *CP. Patriarcha* creatus est. *Chryostomo*, & in vita, & post obitum charus, cujus Corpus solemni pompa, & apparatu *Comanis* sepultum, *Constantinopolim* deportavit. *Hæreticos* non paucos mansuetudine potiùs, quàm armis, ad *Ecclesiæ Matris gremium*

restituit . Hinc plenus meritis , & patientia migravit in Coelum , ann. 446 . Plurima scripsit ; sed *Homilia* illa in laudem *S. Stephani Martyris* , apud Photium , *Proclo* nostro *Spuria* , *Asterio* legitimo parenti videtur restituenda .

Cæl. Sedulius .

NAtione *Scotus* , ann. 434 . non sine laude nominandus , eloquentia , pietate , & metro . Plura concinnavit *Exotica* , & *Sacra* eruditione facunda . Inter sua *Monumenta* , sequentia *Sedulio* nostro abjudicantur ab *Eruditis* , & sunt : *Versus aliquot nuncupatorii ad Theodasium Seniore* , præfixi ad suum *Opus . Carmen Paschale , de Christi Miraculis , Lib. V. Collectaneum* , sive *Explicatio in omnes Epistolas D. Pauli* , alterius *Sedulii recentioris Opus* , apud *Labbeum* , qui ann. 818 . floruisse fertur .

Vincentius Lirinensis .

Gente *Gallus* , nobilis genere , Professione *Eliadum* , *Monachus Lirinensis* , ex nostro *Apparatu* , *V. Vincentius* , ad 434 . ann. *Vir* , doctrina , & eruditione conspicuus . An verò aliquandò errore *Semipelagiano* tinctus fuerit , lis inter *Eruditos* hætenùs perseverat sub iudice . Plura scripsit egregiè , & in suo *Commonitorio* nulli extitit secundus , acumine , & eloquentia . Inter quæ , *Opus illud , Objectiones dictum , adversus Augustini Scripta , & Doctrinam de Predestinatione , & Libero arbitrio* , *Vincentio* nostro à *Baronio* abjudicatur , & alteri *Vincentio Juniori* tribuitur . Utut sit , hinc indè ambigitur ab *Eruditis* , quamvis *Cordatiores Vincentio* nostro potiùs illud adscribant , quàm alieno . Consulatur *Natalis , Hist. Eccl. T. V. Sec. V.*

Sya-

Syagrius .

DE ejus Patria, & Professione cuncti silent. Id unum habemus ex *Gennadio*, quod vixerit ad ann. 437. in quo circumferebantur sub ejus nomine *Libro VII. de Fide, & Regulis fidei*, quos ob *Styli* dissimilitudinem ab alio ejusdem foetu, quem edidit *de Fide*, adversus Hæreticos, *Syagrio* nostro abjudicant Eruditi .

Socrates, & Sozomenus .

PRimus, ortu CP. Secundus *Palestinus*, ambo Scholastici claruere ann. Chr. 440. *Historiam Ecclesiasticam* ambo scripserunt, quamvis Secundus Primo excellentior . Quis ex iis *Plagiarius* extiterit, ignoratur .

Salvianus .

GENTE *Gallus*, *Colonia Agrippine* natus, ad ann. 440. Vir fuit, tum literis, tum eloquentia præclarus. Non pauca exaravit, inter quæ, *Libri IIII. in quibus Loca V. & N. Testamenti* in specie pugnancia conciliantur, non sunt *Salviano* adscribendi, ex *Alphonso de Castro, adversus Hæreses*, L. 14. Sed potiùs *Juliano Episcopo Tolentino*, ut docent Eruditi .

Leo Magnus .

PATRIA *Romanus*, ann. 440. re, & nomine verè *Magnus*, qui & Ecclesiam, & Urbem, Barbaros debellando, & Hæreticos, literis propugnavit, & sanctitate. Innumerable penè scripsit eleganter, & doctè. Quæ verò

ei-

eidem *ſcitia* adjudicantur, ſunt: *Sermo in Natali S. Vincentii Martyris*, foetus fortaffe *Leandri Hispalenſis*, apud *Queſnellum*. *Sermones in Natiuitate Domini: in Aſcenſione Domini: in Natiuitate B. Apoſtolorum Petri, & Pauli Sermo 11. Tractatus aduerſus errores Eutychie, & aliorum. De Vocatione omnium Gentium Lib. 11. Hilarii, & Eucherii foetus. Epiftola ad Demetriadem de Humilitate Chriſtiana*, Proſpero adjudicata. *Capitula, ſivè Præteritorum Sedis Apoſtolice Episcoporum Auctoritates. De Gratia, & Libero arbitrio*, inter *Epiftolas Cæleſtini* refundenda. Demum laboribus cunctis pro Eccleſia exantlatis, meritis plenus, & ſanctitate, ad Cœleſtia evolavit, ann. 461.

Petronius.

NAtione *Italus*, Præfectura, & Conſulatu nobilis; ad ann. 440. in *Bononia* Episcopatum euectus eſt. E vita deceſſiſſe dicitur 450. Theodoſio Principe, ſanctitate, & literis apprimè clarus. *Librum de Ordinatione Episcopi*, qui ſub ejus nomine circumfertur, *Gennadius*, non quidem *Petronio* noſtro, ſed *Petronio* ejus parenti adſcribendum cenſet.

Isaac.

NAtione *Syrus*, & *Monachus Antiochenſis*, ann. 440. floruit, doctrina, & eruditione inſignis. Plura composuit pietate plena, ſermone *Syro*. Sed *Librum* illum ſub ejus nomine *Biblioth. PP. annexum T. xi. De Contemptu Mundi*, *Isaaco* noſtro abjudicant Eruditi, *Isaaco* juniori potiùs adſcribendum fore opinantes.

Ti-

Tiro Prosper.

Origine *Aquitanicus*, qui *Valentiniani* tempestate flor. ad ann. 444. Leonis Papæ Scriba, ac postmodum ab eodem in *Rhegiensem* Insulam eVectus fuit. Vir in utraque eruditione conspicuus, ac acerrimus fidei propugnator. Sermone profundus, & subtilis. Rhetor, & Poeta disertus. Nonnulla inter Opera sua egregia eidem abjudicantur à Criticis, quæ sunt: *Liber de Promissionibus, & Prædictionibus Dei*, cum adjuncto Opere, *Dimidium temporis* dicto, ubi multa de *Antichristo*, Anonimi cujusdam *Afri*, apud Usserium, & Quæsnellum. *De Vita Contemplativa*, Lib. 111. recentioris ætatis, *Juliani Pomerii* foetus. *De Vocatione Gentium* Lib. 11. *Prosperi Aurelianensis* potius *Momumentum*, apud Vossium, *Hist. Pelag.* c. 20. vel cujusdam *Afri*, qui ad *Demetriadem Epistolam* scripserat, ex Hofmanno. *De Proviuentia divina. Carmen heroicum*, ab aliquo *Pelagiano* compositum. *Canoncs Concilii Auranficani* 11. multo post ad *Prosperum* concinnati.

Eutyches.

Patria CP. ibique Monachorum Archimandrita, Leonie Summ. Pontifice, ann. 448. flor. Olim optimus contra *Nestorium* in Concilio *Ephesino* oppugnator; postremo de victoria tumens, *Icarus* alter in extremum cadens periit, dum in Christo unam Naturam, Voluntatemque profitendo, Divinam in Humanam jam conversam, passam effecit. Quapropter cum sua fide professione à Concilio *Chalcedonensi* in exilium pulsus, atque damnatus, *Paphlagonia* miserimè obiit. Quo tempore incertum.

Ba.

Basilii Seleuciensis.

IN *Isauria* Archimandrita celebris, ann. 448. clar. & in Concilio CP. adversus *Eutychetom*, cum aliis PP. fidem Catholicam strenuissimè propugnavit. Perspicuè plura scripsit soluta, & metrica Oratione. Quæ nostro *Basilio* abjudicantur, sunt: *Demonstratio contra Judæos de Adventu Christi*, propter *Styli* dissonantiam à *Basilii* Monumentis abjicienda. *De Vita, & Miraculis S. Thecla V. & M. Lib. 11.* soluta oratione; etsi metricè apud *Photium*, ejusdem *Virginis Gesta* conscripserit Auctor.

Remigius.

Gente *Gallus*, *Rhemensis* Antistes, & *Francorum* Apostolus, ad ann. 471. sanctissimè claruit. De ejus obitu tempore, non bene coherent Scriptores, maximè *Francici*. Plures scripsit *Epistolas* eleganter, & doctè. Abjudicantur verò *Remigio* plura, nimirum: *Testamentum prolixius*, apud *Flodoardum*, *Hist. L. 1. c. 18.* cò quod, nec tempora, nec *Remigii genium* redoleat, ex *Criticis. Commentarii in D. Pauli Epistolas*, quos *Villalpandus* primus edidit, sanè recentioris ætatis foetus videntur. In iis enim fit mentio de *Mahumetanis*, qui seculo posteriori ad obitum *Remigii*, primordia habuere. Præfatos igitur *Commentarios* Eruditi potiùs adscribunt *Remigio Lugdunensi*, vel *Remigio Antisiodorensi* Monacho, quàm *Rhemensi*.

Theo-

Theodulus.

IN Cælo-Syria Præbyter, vel ut aliis placet, Antistes, clar. ann. 480. & 491. è vita decessit. Sub ejus nomine circumfertur latinè *Enarratio brevis in Epistolam ad Romanos*, quam meritò à *Theodulo* abjiciunt Periti: multa quippè confarcinat de *Phoriso*, *Oecumenio*, aliisque *Theodulo* nostro recentioribus.

Vigilius.

NAtione Afer, *Tapsensis*, in Provincia Byzacena Antistes, ann. 484. fidei defensor gloriofissimè extitit. Plura composuit, sed suppresso nomine, ne *Arianorum* odiis, atque calumniis impetiretur. Inter cætera *Monimenta* suo Authori restituta, & vindicata à *Chiffletio*, *Cassiodorus*, *Div. Lect. L. 1. c. 9.* *Vigilio* nostro attribuit luculentum *Tractatum de mille annorum, qui Apocalypsi prædicuntur intelligentia*; sed dubitatur ab *Eruditis*, quinam *Vigilius* illius foetus parens sit, *Tridentinus*, an *Tapsensis*; id dumtaxat certum, *Opus* illud, qualecumque fuerit, jam periisse.

Martianus Capella.

Gente Afer, domo *Carthaginensis*, Vir Proconsularis, clar. ann. 490. Plura concinnavit *Poetica*, & *Satyrice*. *Opus de Disciplina Ecclesiasticorum*, quod ejus nomine inscribitur, *Severino Boetio* ab *Eruditis* adjudicatur.

Gelasius Papa.

AD Ann. 492. in Apostolicâ Cathedra constitutus Episcopus, zelo Catholicæ fidei, ac pro Ecclesiâ sibi commissâ multa egregia patravit. *Orientalis* coercuit, ut à Diptychis *Acacii* nomen expungerent; *Manicheos*, in Urbe delitescentes, fugavit: *Pelagianos*, *Eutychianosque* ore, & calamo penè extinxit. Tandem meritis plenus, migravit ad Dominum, ann. 496. Plura exaravit. Inter cætera, Decantatissimum illud *Decretum* in Concilio Romano lxx. Episcoporum, ann. 494. de *Libris Canonicis, Ecclesiasticis, & Apocryphis*, toto conatu ab hoc Pontifice expungit, præ aliis, *Cave* in suo *Sac. Nestor*. Sed pro ejusdem stabilitate militat *Ecclesia tota*, quæ cum suis Scriptoribus, illud tamquam verè genuinum tali parenti propugnat. Opus verò de *duabus Naturis Christi*, contrâ *Eutychetem*, legitimum *Gelasii* foetum minimè esse, docent communiter cum *Bellarmino*, de *Scrip. Eccl.* cordatiores Eruditi, ad quos Lectorem remittimus. *Commentarios* denique in *D. Pauli XIII. Epistolas*, *Pelagianis* foecibus inquinatos, vel non habere *Gelasium* pro parente, vel si legitimum ejus foetum dicamus, profectò valdè erroribus ab *Hæreticis* foedatum esse profiteamur.

Turcius Rufus Asterius.

Dignitate Consulari redimitus, flor. ad ann. 494. Vir suprâ famam, fortunamque suam laudibus, literis potissimum, & Poesi summè præclarus extitit. *Sedulii Poemata* è tenebris, *Tineis*, *Blatisque* extraxit, perpolivit, vindicavit. Sed inter hæc *Carmina*, quæ circumferuntur sub nomine *Asterii*, *Asterio* abjudicantur à Criticis;

ticis ; præsertim Opus illud , 5. *Collatio V. & N. Testamen-
ti* , Carmine Elegiaco concinnata , cujus initium : *Can-
temus Socii* , &c. quamvis Eruditi non pauci *Asterio* Poe-
ma laudatum vendicent ; adeoque inter dubia repu-
tamus .

Gennadius .

Gente *Gallus* , Præbyter *Massiliensis* , indèque Anti-
stes , *ann. 495.* ex *Sigiberto* , *Anastasio* Principe ,
& *Gelasio* Summ. Pontif. floruit. Vir in divinis Scriptu-
ris eruditissimus , ex *Trithemio* , & *Secularium* Litera-
rum minimè ignarus ; & si errore *Semipelagianorum* ali-
qualiter tinctum eum plurimi Eruditi fugilient . De plu-
ribus illis Capitibus , quæ videntur suo Operi annexa de
Ecclésiasticis Dogmatibus , in quibus maximam *Concil. Au-
rausiacani* , & *Carthuginensis* partem legere est , *Baronius*
dubitatur ; an à *Gelasio* Papa ibi ea fuerint inserta .

Anastafius II.

Patria *Romanus* , ac in eadem Apostolica Sede Hie-
rarcha Summus , *clar. ann. 496.* Si fides *Platina* ad-
hibenda sit , scripsisse dicitur *Libros de Trinitate . De Li-
bero arbitrio . De Regulis fidei . Adversus Hæresim Pelagia-
norum* , & *Sermones aliquot* , de quibus non leviter du-
bitant Eruditi .

Julianus Pomerius .

Natione *Maurus* , professione Rhetor , ac indè in
Gallia Præbyter ordinatus est , *ann. 498.* Scripsit
Libros VIIII. de Anima ; Ast , quia præfati ex *Nemesii*

Lib. VIII. de Anima videntur excerpti, ambigitur à Peritis, quem ex utrisque parentem habeant.

Proclus Lycius.

Philosophus *Platonicus*, Christianis infensissimus; clar. ann. 500. Plura exaravit *Grammaticalia, Philosophica, Geometrica, & Astrologica*; non pauca tamen ex suo præceptore *Olympiodoro* transcripsit, ex *Causab.*

Paschasius.

DD ann. 501. Rom. Ecclesiæ Diaconus Cardinalis cuius Animam, eò quod *Laurentio Antipapa* ignoranter favisset, *Purgatorii* ignibus addictam, vidit *Germanus Capuanus* Antistes. Libros edidit contra *Macedonium, de Spiritu S.* Sed Opus hoc *Paschasio* nostro abjudicat *Casimirus Oudin*, in *suis Script.* ac *Fausto Rhegiensi* restituit, quos nihilominus *Gregorius* in *suis Dialogis* sub *Paschasi* nomine luculentos commendat.

Cæsarius.

A*Relatensis* Episcopus, ann. 502. ex *Monacho Lirinensi*, creatus est. Sub ejus nomine plures extant *Homiliæ* apud *Balutium*, sed non pauca ejus nomini sunt *suppositiæ*, potissimum apud *Peritos*, illa, qua *S. Gregorius Papa, & S. Isidorus Hispalensis* commendantur. Obiit ann. 543. postquam ab *Alarico* multa perpeffus, innocentiam suam vindicavit.

Ania-

Anianus.

Sub Athalarico Gothorum Principe clarus, ann. 507. scripſiſſe fertur *Codicis Theodoſiani Breviarium*, ex Sigiberto, c. 70. ſed immeritò, cuncti clamant Eruditi, quem, nec *Breviatorum*, nec *Interpretem*, ſed dumtaxat *Subſcriptorem* agnoſcunt.

Fulgentius.

Gente Afer, Ruſpenſis Epiſcopus, ann. 507. in confeſſione fidei clarus, doctrinæ, & vitæ ſanctimonia conſpicuus, ſummum, ac penè ultimum Eccleſiæ *Africana* Sidus, gemina Scientia maximè emicuit. Plura ſcripſit. Quæ verò illi *ſuppoſita* adjudicantur, ſunt: *De Prædeſtinatione, & Gratia, Liber. Homilia nova 80. Pro fide Catholica adverſus Pintam Arianum, Liber. Sermo de Purificatione V. M. recentioris ætatis. Mythologiarum Lib. III. Placiadis Fulgentii Grammatici foetus. Obiit plenus meritis, ann. 533.*

Fulgentius Planciades.

Gente, ut creditur, Afer, Grammaticus, clar. ann. 510. quem perperam cum alio *Fulgentio Ruſpenſi* Gyraldus confundit. Plura ſcripſit; Sed *Mythologicarum Lib. III.* qui ſub nomine *Fulgentii Epiſcopi Carthaginenſis* leguntur, & à Bollandò, *Fulgentio Aſtigitano*, in *Hispania Antiftiti* adjudicatur, huic *Fulgentio* noſtro *Joan. Card. Bona* adſcribit. Judicent Eruditi.

Boe-

Boethius.

A Nno 510. patria *Romanus*, familia *Aniciorum* celebris, Dignitate Consulari eximius, verè ultimus Romanorum tanto Brutis, & Catonibus major, *ex Buffier* quantò veræ virtutis tenacior. Ejus ingenium, eruditio, ars, sapientia, *ex Scaligero*, facilè provocat Auctores cunctos, sive illi Græci sint, sive Latini. Cùm ob Literas ab *Anastasio Imperatore* scriptas, aliaque quædam *Theodorico* Principi suspectus evasisset, quasi studeret recuperandæ libertati, ejus jussu, unâ cum *Symmacho* Socero, ann. 524. interemptus est. Plura concinnavit incomparabilia, soluta oratione, & metro. Quæ vero eidem abjudicantur inter cætera mihi videtur *Liber de Disciplina Scholarium*, Boethio nostro sanè indignus, à *Dionysio Rikelio* Carthuf. editus, ann. 1471.

M. Aur. Cassiodorus.

G Ente *Calaber*, patria *Scyllacensis*, apud nostram *Paratopolog. Calabr. V. Scyllaceum*. Senator illustris, Exconsul Ordinarius, Exquæstor Palatii, Officiorumque Exmagister, Præf. Præt. Coss. ann. 514. *Theodorico Ostrogothorum* Regi charissimus, eique à Secretis, & Epistolis, ann. 570. Vir sanè Dignitate, Literis, & Pietate Magnus, qui quasi Sidus quoddam inter *Gothici* Seculi barbaricæ præfulgens, tandem apud suos Læres in Monasterio *Vivariensi*, *Eliadum* Monachatum sectatus, sanctissimè obiit, ex nostro *Eliad. Appar. V. Aur. Cassiodor.* Plura scripsit, in quibus cum doctrina, & eruditione, eloquentiam, & elegantiam conjunxit. Quæ verò *Spuria* ei abjudicantur, sunt: *Expositio in Cantica Cantorum*,
in

in qua Gregorius Papa citatur. *De Schematibus, & Tropis*, Bedæ foetus. *De Amicitia vera, Liber unus*, Petri Blesensis Opus. *SS. Paphnutii, Spiridionis, & aliorum Vita.*

Hormisdas Papa.

PAtria *Campanus*, domo *Frusinas*, ann. 514. Symmacho Papæ successus est in Cathedra Romani Pontificatus. Pro Ecclesia sibi commissa, plura *Decreta* edidit: *Manichæos* compressit: Ecclesiam *Africanam* in suo statu consolidavit. Varias pro pace Ecclesiarum procuranda *Legationes*, & *Literas* per Orbem misit; demùm meritis plenus, obiit ann. 523. Plures *Epistolas* scripsit; sed abjicienda videtur *Epistola*, veluti *spuria*, ad *Remigium Rhemensem* directa, putidis *anachronismis* referta.

Procopius Gazæus.

CLar. ad ann. 520. Professione *Sophista*. Plura ejus Opera extant; sed de ejusdem *Epistolis* ad diversos directis, dubitatur ab Eruditis, an genuini foetus sint *Gazæi* nostri, an verò *Procopii Casariensis*. Prorsus erravit, negando *Antipodes*.

Joannes I.

Hormisdæ Successor in Rom. Pontificatu, ad ann. 523. Gente *Etruscus*, ab Arianis multa passus est. Tandem Theodorici *Gothorum* Regis jussu, in carcerem trusus, Martyr occubuit. *Epistola* illæ 11. quæ extant in *Concil. T.4.* suppositiæ videntur novissimis Conciliorum *Editoribus*.

Fe-

Felix III. Papa.

Natione *Samnita*, post Joannis obitum, tyrannicè à *Theodorico* Rege in Apostolica Sede susceptus est; à Clero, & Senatu tamen susceptus, causa schismatis evitandæ. Probatæ nihilominus vitæ fuit, pietate in Deum, & Coeliculas, & beneficentia in pauperes mirificus. *Ad ann. 526.* Sub ejus nomine *duæ Epistolæ* circumferuntur, quæ propter *Styli* dissimilitudinem à 111. quam ad *Cesareum Arelatensem* transmiserat, de *Laicis ad Sacerdotium ante probationem non promovendis*, suppositiæ potius recensentur à Criticis; recentioris ætatis foetus profectò adjudicatæ à *Labbeo*, & aliis.

Simeon Stylites Junior.

A' *Seniori* distinctus ætate, non Instituto, & pœnitentia. Natione adhuc *Syrus*; miraculis antea, & post obitum gloriosus. *Eutychianorum*, & *Nestorianorum* Hostis acerrimus exitit, lingua, & calamo. *Ad ann. 527.* Plures *Epistolas* exaravit: *Quintam* verò ad *Justinum Imperatorem* spuriam volunt PP. *Frankofurtenfes*, L. 4. c. 5. quam Authori nihilominus vindicavit *Hadrianus* Papa, ac nuper *Allatus*, *Diatrib. de Simeon. Scrip. Orationem* pariter ad *S. Deiparam* contra *pravas cogitationes*, à *Simeone* nostro expungit *Cave*, *Sac. Eutych.* utpotè recentioris ætatis, propter *Deiparæ* titulum; sed immeritò, cum iste *titulus*, jam *Simeonis* ævo, in usu erat, ac in *Concil. Ephesino*, ad ann. 431. pro *Maria V.* ab *Ecclesia* promulgatus fuerit, imò eidem jurè restitutus.

Pro-

Procopius Caesariensis .

Gente *Palestinus*, professione *Sophista*, & *Rhetor*, *ann. 527.* an *Gentilis*, vel *Christianus* extiterit, contendunt variè *Eruditi*. Plura scripsit *Historica*, sed illa, cui titulus *Avrudo*, sive *Historia Arcana Justiniani, Theodora Augusta, Bellisarii, & Antoninae flagitia*, in qua turpissima, & prorsùs putida contra *Justinianum, &c.* effingit, à *Procopii* gravitate alienissima, à *Peritoribus* ambigitur, num *Procopii* foetus extiterit.

Fl. Justinianus I.

Justini Senioris ex Sorore nepos, Romanorum Imperator semper Augustus, ad *ann. 527.* gloriosissimè floruit. Extant plura sub ejus nomine *Monimenta*; sed quia *Svidas*, imò & *Baronius, Annal.* pluribus in locis, illum prorsùs *Literarum* expertem (cum *Boves* paverit, imò *Sues*) ansam pluribus dedere eidem apposita *Monumenta* esse abjudicanda. Sed immeritò *Eruditi* penè omnes clamant, qui ejus scientiam, famamque longè defendunt, validioribus testimoniis freti. De ejus ergà fidem Catholicam egregia religione, audiatur amabò præ cæteris *Agatho Papa*, ex *Episcoporum 125. Synodo* testimonia proferens. Et præ omnibus (inquit) æmulator veræ *Apostolicæ fidei piæ memoriæ (Justinianus Augustus)* cujus fidei reئتitudò quantum pro sincera confessione Deo placuit, tantùm *Rempublicam Christianam* exaltavit: & usque ab omnibus gentibus ejus religiosa memoria veneratione digna censetur: cujus fidei reئتitudò per augustissima ejus *Edicta* in toto Orbe diffusa laudatur. Hactenus *Agatho*. Quod postea *Peritorum*

B b

suo-

suorum consilio *Justinianus* in componendis *Juribus* usus sit, id nec novum, nec mirum cuique videri debeat; & hoc plures alii fecere, non quia *illiciterati*, sed quia *Principes*. Ut ut sit: postremò de sua salute, & fide, in bivio sunt Eruditi.

Nicetius.

ORigine *Gallus*, ex Monachorum *Archimandsita*, *Episcopus Trevirensis* per *Theodoricum* Principem inauguratus, ad ann. 527. extitit gloriosus literis, & sanctitate, quarum virtute *Principes*, *Procere*que cunctos summa in subjectione habuit. Obiit ann. 568. Plura extant sub ejus nomine *Monumenta*; sed de *Bono Ps. Imodia Tractatum*, *Veteres* eidem abjudicarunt, *Nicæsa*, *Dacorum* Antistiti tribuendo.

Jacobus Syrus.

Vir inglorius; hinc propter suam obscuritatem *Zanzalus* dictus, flor. circ. ann. 527. *Jacobitarum Hæresis* Auctor. Præter alios errores, scripsit, omnes *Homines* resurrecturos in *Sexu virili*, nullumque post *Resurrectionem* futurum esse *Fæmineum Sexum*. Ex *Prætok. L. 1. c. 67. n. 23.* Nec confiteri peccata *Sacerdoti*, sed soli *Deo*.

Dacius.

Mediolanensis Antistes, ann. 527. clar. Extat sub ejus nomine *Rerum Mediolanensium Chronicon*; quod potius *Landulphis Seniori*, & juniori adscribitur ab Eruditis. Obiit ann. 555.

Ju-

Iustus .

Gente *Hispanus*, *Orgellitanus* in *Catalannia* Antistes, ad ann. 529. Obiit ann. 540. Plures exaravit *Epistolas*; sed illa ad *Sergium Papam* directa, prorsus Auctori *supposita* iudicatur .

Bonifacius II.

Patria *Romanus*, *Felici III.* in Supremo Pontificatus Regimine substituitur, ann. 530. *Dioscorum Antipapam* anathematizavit: *Synodum Aurasicanam* 11. contra *Semipelagianos* in dictam confirmavit. Obiit ann. 532. Extant sub ejus nomine *Epistole* 11. Sed *Prima ad Euladium Alexandrinum Episcopum*, prorsus ut *spuria* ab Eruditis abjicitur .

Benedictus Abbas .

Gente *Italus*, Patria *Nursinus*, Aniciorum sanguine clarus, ann. 530. in *Cassino Monte*, novo vitæ genere constituto, *Monachorum* Auctor extitit, & in *Occiduas* Oras inter *Ascetas* facile Princeps . Plura scripsit *Ascetica*, *Sermones*, *Epistolasque* non paucas. Inter hæc *Monumenta*, illud de *Ordine Monasterii*, *Benedicto suppositum* iudicant Periti; quemadmodum, & *Epistolam* ad *Remigium Rhemensem* directam, recentioris ætatis ad ipsum.

Joannes II. Papa .

Cognomento *Mercurius*, patria *Romanus*, ann. 532. ad Summum Pontificatus apicem sublimatus est .

Contra *Simoniacas* acerrimus Oppugnator. Monachos *Acamatas* à communionem removit, qui *Unum de Trinitate passum esse carne*, negabant. Plenus meritis obiit, ann. 535. Nonnullas scripsit *Epistolas*, sed spuria videtur illa, quæ est ad *Valerium Episcopum*.

Dionysius Exiguus.

Gente *Scythæ*, professione Monachus, ann. 533. *Latina*, & *græca* eruditione celebris. Fuit in illo cum *Sapientia magna simplicitas*, cum *doctrina humilitas*, cum *loquendi facundia parcitas*, ex *Cassiodoro*, *L. de Divin. Lect. c. 23*. Plura vertit, & doctè: illam verò *Orationem Procli de laudibus Deiparæ*, nolunt *Eruditi* versam esse ab *Exiguo*, sed à *Maria Mercatore*.

Agapetus Papa.

Patria *Romanus*, post *Joannis II.* obitum, in *Cathedra Rom.* Pontificatus evectus est, ann. 535. *Canonum Severus observator*. *Anthimum* à suo *CP. Patriarchatu* exaudivit, ac in eadem *Sede Mennam* substituit. Obiit *Constantinop.* ann. 536. Inter *vri. Epistolas*, quæ sub ejus nomine extant, in *Concil. T. 4. Quinta*, quæ est ad *Anthimum*, spuria prorsus videtur, tum ex *Epistola ipsa*, tum ex *Consulum Nota* apposita.

Sylverius Papa.

Pontifex electus ad ann. 536. jussu *Theodoræ Augustæ*, ut *Vigilii* ambitionem expleret, per *Belisarium* duobus *Vigilii* defensoribus, & servis ejus traditus est, & in *Palmariam Insulam* adductus, qui sub eorum
cu-

eustodia, inedia consumptus, Martyr occubuit, *ann. 540.* Illæ *due Epistola* sub ejus nomine, altera *ad Vigilium*, ad *Amatorem* altera, anachronismis, stylique barbarie refertæ, spuria reputantur à Criticis.

Junilius.

Gente *Afer*, ac in eadem Regione Episcopus, *ann. 550.* claruit. Sub ejus nomine leguntur *Commentarii in tria priora Capita Geneseos*; sed inter *Beda* Monumenta sunt collocandi.

Primasius.

Ad *ann. 550.* *Adrumetinæ* in *Byzacena* Sedis Antistes floruit. *Trium Capitulorum* primam Defensor, postea Oppugnator acerrimus. Sub ejus nomine circumferuntur *Commentarii breves in Epistolas D. Pauli*, de quibus *Antiquitas* tota siluit; adeoque Eruditi ambigunt, num *Primasii* factus extiterint; an potius *Haymono* restituendi? Nec minus de ejusdem *Heresum* Opere judicandum.

Pelagius I. Papa.

Patria *Romanus*, ac in ejusdem Suprema Sede Summus Pontifex evehctus est, *ann. 559.* Synodum v. confirmavit; ac contra *Occidnos* Antistites, & Schismaticos pro *trium Capitulorum* causa, ad obitum usque acerrimè decertavit. E vita migravit *ann. 559.* *Epistolas* XVI. exarasse dicitur; sed harum *Prima* ut *adulterina* ab omnibus exploditur Eruditis, quæ data est *ad Vigilium*
Epi-

Episcopum, *Consulatus Nota*, ac *Ithacii*, *Sanctique Leonis verbis* plurimum interpolata.

Eustratius.

CP. Præbyter, *ann. 560.* floruit. Plura scripsit; sed *Commentariorum in Posteriora Analytica Aristotelis*, ac in *Ethica* ejusdem, apud *Oudinum*, *Script. Eccl.*, non quidem parens est *Eustratius noster*, sed *Eustratius Nicœn. Metropol. ex Cave.*

Venantius Fortunatus.

Gente *Italus*, *Duplanensis Vico* propè *Tervisum* oriundus, *ann. 560.* *Pictaviensis* Episcopus ordinatus est. Vir, soluta *Oratione*, & metro conspicuus: ingenii acumine, & doctrina omnibus ferè coetaneis excellentior, ex *Barth. L. 46. c. 3.* Non pauca exaravit utroque calamo. Inter *SS. Vitæ*, quas edidit, *due illæ*, & *Mauritii Andegavensis Episcopi*, & *Medardi Noviomensis Antistitis*, utpotè ab aliis *V. vantii* genuinis stylo diversæ, *Eruditis* videntur *suppositæ.*

Anastafius Sinaita.

EX *Sinaj Ascetarum Eliadum Monachatu*, apud nostrum *Eliad. Appar. V. Anastafius*, in *Antiochenam* Sedem evectus est, *ann. 561.* Vir, ex *Evagr. L. 4. c. 40.* tum in *divinis Literis* admodum eruditus, tum in *moribus*, & in *vivendi ratione* accuratissimus. *Justiniano* Imperatori *Hæreticorum Dogma*, de *Christi Corpore incorruptibili antè Resurrectionem* propugnanti, *Edicto*que roboranti, *constanter restitit.* Per *Justinianum* exindè

Se-

Sede deturbatus, in Exilium pulsus, *Mauritio* regante, Sedi restituitur. Plenus meritis, & literis obiit ann. 599. Plura scripsit, & doctè. Inter ejus Opera *Ordyis*, sive *Dux via*, adversus *Acephalos*: & *Quaestiones*, *Responsionesque* de variis argumentis in *S. Scripturam*, *Monimenta* quidem, vel interpolata, vel supposita propter immanes *anachronismos*, quos continent, reputantur ab Eruditis, apud *Natalena*, *Hist. Eccl. T. 5. Sec. vi.* Dubitatur pariter de *Compendiaria ejusdem fidei Institutione*, quæ sub *Athanasii* nomine, vel *Cyrilli* circumfertur.

Pelagianus II. Papa.

Patria *Romanus*, in Apostolica Sede post *Benedictum I.* successus est, ann. 579. *Istriae* schisma penitus extinxit. *Joannis CP. Episcopi* Synodum, in qua *Patriarchæ Oecumenici* nomen sibi arrogaverat, repressit. Tandem obiit ann. 590. Phres *Epistolas*, & *Decreta* exaravit; sed inter easdem, *Prima ad Benignum Archiepisc.* *Secunda ad Episcopos Italia.* *Quinta ad Episcopos Germania, & Gallie.* *Octava ad PP. Synodi CP.* suppositiæ prorsus agnoscuntur à Criticis.

Udalricus.

Augusta *Episcopus.* *Flor. ann. 581.* Circumfertur ejus nomine *Epistola* quædam ad *Nicolaum Papam* directa, in qua continebatur, quod *B. Gregorius M.* Decretum revocarit de *Sacerdotibus non sponsandis*, postquam *Piscatores* pro piscibus ex *Piscina*, sex millia capita *Infantum suffucatorum* à non *Uxoratis* reperere. Sed tamquam putidum *Commentum Magdeburgentium*, cunctis objectat *Baronius*, *Ann. 591.* Siquidem *Udalricus*, & ante

tè *Nicolaum I.* non dùm natus, & antè *Nicolaum II.* 89. ann. spatio, fato funtus convincitur.

Eulogius.

AD ann. 581. Vir pro fide orthodoxa acerrimus propugnator, Patriarcha *Alexandrinus*, plenus meritis obiit, ann. 608. Plura composuit, sed dubitatur de ejus *Homilia*, quæ *Cyrillo Alexandrino* pariter tribuitur.

Gildas.

Vulgò *Sapiens*, *Badonicus* dictus ut à *Gilda Albanio* fortasse secernatur. Natione *Britannus*, *Eliadum* Monachus *Bannachorensis*, ann. 581, apud nostrum *Appar. Eliad. V. Gildas*, *Justiniano* Principe claruit. Sanè, ut summæ eruditionis Vir, ità fidei, & sanctimonix præcellens extitit. Plurima concinnavit. Ejus verò *Epistola de Excidio Britannie*, & *Ordinis Ecclesiastici Castigatione*, ob plurimos anachronismos in eadem contentos, à plurimis *Gildæ Monumentis* alienos, gravitati ejus abjudicatur; quemadmodum, & *de Anima immortalis Opere* similiter dicendum; relictis *Metricis Compositionibus*, quæ *Gilde* potiùs *Albanio* adscribuntur.

Columbanus.

Gente *Hibernus*, patria *Lageniensis*, ann. 589. *Eliadum* Ascetarum æmulator extitit, sanctitate, & doctrina insignis, ex nostro *Appar. Eliad. V. Columbanus*. Obiit ann. 615. propè *Neapolim*. Inter ejus *Sermones*, sive *Institutiones Spirituales* xvii. *Ultima Fausto Rhegiensi* debetur.

Leon-

Leontius.

Gente *Cyprius*, vel *Byzantinus*, ex *Eliadum* Monachatu in *Laura Palestina* degentium, apud nostrum *Appar. Eliad. V. Leontius*, ann. 590. in *Cypriorum Cathedralam* euectus est, literis, & eruditione clarissimus. Plura scripsit *Dogmatica*, & *Ecclesiastica*. *Oratio* verò illa in *mediam Pentecosten*, & in *Cacum à nativitate*, quia vulgò *Leontio* Præsbytero CP. inscribitur, dubitatur, an *Leontii* nostri foetus extiterit.

Gregorius I. Magnus.

Patria *Romanus*, *Gordiani* Senatoris, & *Sylviae* filius, *Italia*, ac totius *Ecclesiae* splendidissimum Sidus, ann. 590. Is, ex *Præfecto Urbis*, *Vitæ Eliadum* *Asceticæ*, ex nostro *Eliad. Appar. V. Gregorius M.* æmulator, in *Summum Pontificem* electus, omnium *Virtutum vivum exemplar* extitit, & *Literarum*. *Rom. Ecclesiae* tutamen, *pauperum parens*, *pietatis doctor*, verè *Magnus*, *Sanctitate*, *Dignitate*, *Eruditione*. *Plenus* meritis *Æthera scandit*, ann. 604. *Multa*, penè *semper ægra valetudine*, scripsit, dictavit, composuit. *Inter Opera dubia* S. *Gregorii M.* collocant *Eruditi Commentarium in Lib. Reg. & Commentarium in Septem Psalmos Pœnitentiales*. *Inter verò Spuria*, *Commentarium in Cantica Canticorum*, cum non extent in *Codicibus MSS.* melioris *Notæ*, nec *Paterio* suo discipulo cognitum. *Quicquid dicant Eihærodoxi*, de *14. Libris Dialogorum*. *Consulentur Natalis*, *Hist. Eccl.* & cum eo *Eruditi cordatiores*.

Evagrius Scholasticus.

Gente Syrus, ortu *Epiphaniensis*, illustri Dignitate præditus, & Literis, clar. ann. 595. Scripsit *Historiam Ecclesiasticam*, cujus non pauca ex *Eustathio Syro*, *Prisco*, *Zosimo*, *Procopio*, *Joanne*, *Agatia*, aliisque decerpit. Ex *Nicephoro Calist.* in *Proem. Hist. Eccl.*

Isidorus Hispalensis.

Severiano patente, in Provincia *Carthaginensi* natus, *Eliadam* Instituti æmulator, apud nostrum *Eliad. Appar. V. Isidorus*, *Leandri* fratris successor, in *Hispalensi* Sede successus est, ad ann. 595. Ex testimonio *PP. Concilii Toletani VIIII. Sæculi* Doctor egregius, *Ecclesiæ Catholicæ* novissimum Decus, præcedentibus ætate postremus, doctrinæ comparatione non infimus; & quod majus est in Sæculorum fine doctissimus, atque cum reverentia nominandus. Innumerabilia penè scripsit, exotica, & sacra eruditione insignia. Inter sua *Monumenta*, Spuria adjudicantur ab Eruditis, *Missa Mozorabum. Lib. II. de Divinis, sive de Ecclesiasticis Officiis* apud *Baronium*, & *Gravisonem, Hist. Eccl. & Epistola aliquot*, quarum *Ea*, quæ est ad *Redemptum*, penitus ab *Isidori* genuinis exploditur à *Labbeo*. Obiit ann. 636.

Augustinus alter.

Anno 596. patria *Romanus*, *Gregorii M.* discipulus, ac *Anglorum* Gentis Apostolus, & Antistes extitit. Plura exaravit; sed Opus de *Conversatione Novitiorum* eidem abjudicatur à Criticis; ac similiter *Monumenta*

menta illa , de suo prospera successu , L. 1. & Ecclesiarum
suarum Statuta , L. 1. inter dubia collocantur .

Hesychius .

Aliis *Hesychius* , ad ann. 601. Hierosolymitanus Pa-
triarcha , multa scripsisse dicitur ; ast cum multi
Hesychii apud Græcos , & Latinos extiterint , merito am-
bigitur ab Eruditis , quænam Opera eidem genuina ,
quædam spuria adjudicentur . Inter cætera nihilominus
Hesychio nostro , *Homilia de Resurrectione Christi* abjici-
tur , cum *Gregorio Nisseno* adscribatur à non paucis Co-
dicibus ; similiter , & *Commentarius in Psalmos* , qui sub
Chrysostomi nomine circumfertur .

Mahometus .

Ex ignobili quodam *Arabia* Castro natalem duxit. Is,
ex *Bussier . Flosc. Hist.* ad ann. 622. *Heraclio* impe-
rante , suum virus evomit , quod Orbis majorem par-
tem labefactavit , novam promulgando *Sectam* , ex Aria-
nismo , Judaismo , & Ethnicismo conflata , mendaciis ,
ferro , fraudibusque stabiliendo , ut Orbem totum , & si
inops , gnavus , epileticus , deglutiret . Nono post an-
no periit , plurimum Uxorum dolo . Præter *Alchoranum* ,
quem cum *Sergio* Monacho compilavit ; *Tractatum* quem-
dam *Federis* , ad beneficium *Christianorum* satis amplum ,
gratiis , privilegiisque locupletatum (quos , ut *Arabes*
facilius subjugaret , nimium pertimescebat) compo-
suisse dicitur , eumque diù asservatum apud *Fratres Mon-*
is Carmeli in *Syria* , ac in *Libano* Monte ; inde in *Biblio-*
theca Francorum Regis traslatum esse , scribit in sua *Hi-*
stor. Turc. *D. Ricaut* , Comes *Winchelsey* Secretarius ,

Idiomate *Anglico*; indè *Gall.* à D. Briot, ac postremo *Italice* à Costantino Belli, ann. 1673. traductum. *Hæc*, quamquam Cordatiores genuinum dicant *Mabometi* Monumentum; cæteri verò omnes, tamquam fictum, ac suppositium, ideòque à *Turcis* executioni non demandatum, abjiciunt.

Andich.

Impostor quidam, apud *Turchas*, ex supra laudato *D. Ricaut*, in sua *Hist. Turch.* L. 2. c. 10. præfatum Monumentum, mendaciis plenum confectum, inter quæ illud falsum, & chachinnis dignum exponitur, quod *Christiani*, nimirum, *Thecis argenseis*, auroque vermiculatis, in summa sanctitatis, veneratione inclusas pedum illius *Aselli Ungulas* fervent, super quem *Salvator Mundi* aliquandò sedit, Indulgentiis, Gratiisque plurimum locupletatas; quod quidem mendacium, merito inter cætera *Turcharum figmenta* reponimus.

Andreas Damascenus.

Ad ann. 635. ex *Eliadum* Monachatu, apud nostrum *Appar. Eliad. V. Andreas*, in *Cretensem Insulam* evectus est. Plura scripsit; sed *Homilia 11. in S. Deiparæ Nativitate*, vel *Germano Patriarchæ CP.* vel *Joanni Damasceno* adscribitur ab Eruditis. Consulatur *Schottus*.

Georgius Pisides.

CP. Ecclesiæ Chartophylax, clar. ad ann. 640. Non pauca exaravit soluta oratione, & metro, eruditione sacra, & civili conspicuus. Inter cætera *Opera* huic

huic Authori tribuitur insigne Monumentum, *Fastorum Sicularum*, *Chronicon Alexandrinum* dictum eo quod in ejus *Præfatiuncula* nomen *Petri Patriarchæ Alexandrinæ* habetur inscriptum. Sed lis inter Eruditos adhuc manet sub judice; adeoque inter dubia collocamus.

Eligius.

NAtione Gallus, domo *Lemovicensis*, ann. 648. Episcopus *Noviomensis* creatus, de Ecclesia Catholica optimè meritus extitit. Scripsit plura. Inter ejus tamen monumenta, *Tractatus de rectitudine Catholica Conversationis*, *Augustino* vulgò adscribitur. Inter verò *Homilias* xvi. expungendæ videntur *Ottava*, & *Decimaquinta*, ex *Albertino*, L. 3. de *Euchar.* & *Labbeo*.

Maximus alter.

Patria CP. inter *Eliades* Archimandrita, re, & nomine *Maximus*, literis conspicuus, & sanctitate, ann. 645. claruit. Inter Theologos doctissimus, & *Monothelitarum* gloriosus debellator, & vindex. De Fide Orthodoxa egregiè meritus, pro qua exilio multatus, Martyrii palmam promeruit, ann. 666. Inter ejus egregia Monumenta, ut videre est in nostro *Eliad. App. V. Maximus*; *Tractatus de duabus Christi Naturis*, in *Cap. x.* discretus, apud *Conbesium*, *Timotheo Præbytero* CP. adscribitur.

Idelfonsus.

NAtione Hispanus, illustris genere, sed literis, & sanctitate clarior extitit. Ad ann. 657. ex *Eliadum*
Mo-

Monachatu, apud nostrum *Appar. Eliad. V. Idelfonsus*, in Toletanam Infulam sublimatus, verbo, exemplo, & eruditione, hæreses profligavit, Principes, Proceresque correxit, ac S. & puram Ecclesiam suis monitis, atque meritis exornavit, & auxit. Multis *Monumentis* eleganter elucubratis, Cœlicolorum visione recreatus, obdormivit in Domino, ann. 667. Ab ejusdem *Monumentis*, sequentia *Opera* expungunt Eruditi recentiores, nimirum: *Lib. de illibata Virginitate B.V. contra Infideles; & Lib. contra eos, qui disputant de perpetua Virginitate B. Mariae, & de ejus Parturitione*, quos ambos, vel *Radulpho Flaviacensi*, ex *Bastono*, vel *Paschasio Radberto*, apud *Dacherium*, adscribunt. Ex *Serm. vi. de Assumptione B.M. Secundum, & Tertium*, idem *Bastonus*, *Ansberto Abbati* adjudicat. Aliaque de genere *Homiliarum*, quæ, vel *Stylis* dissimilitudine, vel quia in aliis *D. Bernardi*, & in *Commentariis in Psalmos Penitentiales Gregorianos* reperiuntur inserta, veluti supposita rejiciuntur.

Julianus Pomerius alter.

Gente *Hispanus*, *Toletanus* ortu, ann. 680. floruit, clarus meritis, & doctrinis. *Toletanus* Episcopus electus, opere, sermone, & literis Ecclesiam locupletavit, & fidem. Plura scripsit, & doctè: inter alia *AVVEN-
D'AV*, sive *Contrarium in speciem locorum utriusque Testamenti*, *Lib. 11.* prorsùs contenditur à Peritis, cujusnam foetus fuerit. *Sixto Senensi* placuit, *Richardum Cluniacensem* esse parentem. *Alphonsus de Castro*, *L. 14. advers. Hæreses*, *Salviano Massiliensi* illud adscribit. *Joannes Baptista Marus*, in *Not. ad Petr. Diac. Barthario Abbati Cassinensi* vendicat. Inter tot Eruditorum jurgia, quid amabò statuendum? Sanè inter dubia id reputamus.

Va-

Valerius.

NAtione *Hispanus*, quodam *Asturia* Vico oriundus, Monasterii S. Petri de Montibus in *Gallecia* Abbas claruit, ann. 683. Inter ejus *Monumenta*, eidem abjudicatur *Traçtatus de institutione nova vita*, quem *Isidoro* *Hispalensi* tribuunt non mediocres Eruditi. Consulatur *Card. de Aguir. Bibl. Hisp.*

Leo II. Papa.

PAtria *Rheginus* in *Calabria* superiori, propè *Messanam*, post *Agathonem* in *Petri Solio* Sum. Pontifex claruit, ann. 682. Ex nostra *Pantopolog. Calabr. V. Rheginum*, *Scientiæ*, & *eloquentiæ* laude conspicuus, paupertatis amator, ac in miseros misericordia beneficentissimus, ex *Anastasio. Synodum vi. Oecumenicam* confirmavit, multaque egregia pro *Ecclesia* sibi commissa sanxit. Sanctissimè obiit ann. 684. Sub ejus nomine *Epistole* multæ circumferuntur, potissimum num. v. in *Concil. T. 6.* quas genuinas agnoscit *Natalis, T. v. Hist. Eccl. Sac. vi. 1.* *Commentitias* verò *Baronius, Binnius*, aliique plures pro *Honorii* causa, nùm in *Monothelitarum* errorem iste inciderit. De hac *Controversia* judicent Eruditi. De *Sermone* verò illius, in die *Ordinationis* habito, an propriè *Leonis* foetus extiterit, an *Benedicti* Successoris, dubitant Eruditi.

Be.

Benedictus II. Papa.

PAtria Romanus , ann.685. post Leonem in Apostolica Sede successit . Vir splendore virtutum , ac divinarum literarum cognitione summè præclarus. Extant sub ejus nomine *Epistole* 11. quas supposititias volunt Eruditi. E vita decessit , ann.686.

Beda .

IN Britannia , ex Anglo Saxonum Sanguine ortus, non procul à *Tina* fluminis Ostiis , in Territorio *Giruvensi* natalem sortitus est . Ann. 701. Benedicti Cucullo indutus , omnigena scientiarum eruditione præluxit . Sanè *Venerabilis* in Vita tot *Monumentis* , & sanctitate , post obitum . Infinita penè scripsit . Quæ verò *suppositia* , vel saltem *dubia* eidem abjudicantur , sunt : *Vite SS.* , sed potissimum *Patricii Vita* , Probo tribuitur . *Martyrologium* valdè interpolatum ; sed de hoc Consulatur Bollandus . *De Locis Sanctis* , & *Hierusalem Situ* , & *Adamanni Libris Opus* excerptum . *Commentaria in omnes Epistolas S. Pauli* , vel *Petro Abbati Tripolitano* tribuuntur , ex *Baronio* , vel *Floro Magistro* , ex *Mabilonio* , *Analec. T. 1. p. 2.* Obiit ann. 735.

Deusdedit Papa .

ROmanus gente , sanctitate , & doctrina celebris , flor. ann.614. Ejus nomine *Epistola* ad Gordianum Hispaniarum Antistitem directa , in qua decernitur : Viros , ac Mulieres suscipientes filios ex *Lavacro Sancto* , commercio maritali prohiberi , eidem abjudicatur à Natali ,
Sac.

Sed. VII. quam nihilominus sustinet *Berlin. in sua Hist. Hæres. T. 2. Sac. VII.*

Teodorus Papa.

Patria Hierosolymitanus, adversus *Monothelitas* Vindex acerrimus, & flagellum, flor. ann. 641. An iste ex Divino Calice SS. *Sanguinem* in atramentum stillarit in *Pyrrhi* Hæretici depositione? *Theophanes* in suis id recenset *Annalibus*, non sic *Anastasius Bibl. & S. Martinus*, *Theodori* successor.

Germanus.

Justiniani Patricii filius, à *Constantino Pagonata* evictus, ann. 715. è *Cyzicana* Sede, in *Patriarchalem CP.* Insulam evehctus est. *Catholicæ Veritatis* adversus *Iconomachos* acerrimus vindex, & propugnator; pro qua multatus exilio, *Martyr* occubuit. Plura *Monumenta* exaravit, plurimis *encomiis* à *Photio*, *Cod. 233.* cumulatâ. *Suppositia* dumtaxat *Germano* nostro adjudicantur, *Rerum Ecclesiasticarum Theoria.* *Orationes 111. in Encomium, Nativitatem, & Dormitionem Deiparæ.* *Oratio in Encania venerandæ Ædis B.M., & in Fascias Domini.* *Fragmentum Orationis adversus Hæreses. 9.* aliaque quæ *Germano Juniori*, ad *Sac. VI 11.* adscribuntur.

Bonifacius.

AD ann. 723. gente *Anglus*, professione *Monachus*, totius penè *Germaniæ* populorum *Apostolus*, *Legatus Apostolicæ Sedis* in *Gallia*, *Moguntinensium* primus *Archiepiscopus*, qui pro *fide Catholica* multa per-

D d

pessus,

peffus, Martyrii Coronam accepit in *Frisia* Villa *Dankumia*, ann. 754. Plura scripsit, à *Zacharia* Sum. Pontifice, apud *Othlonum*, L. 2. c. 9. plurimum commendata. Hæc inter, *Vita S. Levini*, quæ extat apud *Mabilonum Sac. Ben. II.*, non *Bonifacio* nostro, sed alteri quidem *Seniori*, tribuitur ab *Eruditis*.

Joannes Damascenus.

OB eloquentiæ famam *Chrysostrhas* dictus, anteq̃ *Mansur* Arabicè nominatus, *Damasci* in *Syria*, natalem habuit, familia, sanguine, & dignitate inter *Saracenorum* Principes conspicuus. Anno 730. In media *Saracenorum* colluvie, ex *Buffier. Flos. Hist.* nitidissimum *Sidus*: armata *Cœlo* dextera *Leonem* oppugnavit, eaque scripsit, quæ *Tyranno* ingrata, *Cœlo* gratissima, truncatam manum, restitutamque miraculo, pœnam, & præmium, verè transcribunt immortalitati. Inter *Eliades* *Afceta* nobilis, *Scientiarum* omnigena eruditione repletus, ex *Joann. Hierosolym.* Postquam gloriosè, & de *Iconoclastis*, & de *Petri fallonis* *Hæresi* triumphum reportarit, in *S. Sabæ Laura* migravit in *Cœlum*, gloriosus meritis, literis, & sanctitate, ann. 750. Innumera bilia: penè scripsit, & si eloquentia referta, plurimum tamen simplicitate locupletata. Quæ *suppositia* *Damasceno* nostro adscribuntur, sunt: *Liber de iis, qui in fide obdormierunt*. De *Heresibus Liber*, seu *Catalogus Hæresum*, in duas partes divisus, quarum *Prior*, non est *Damasceni*, sed *Epiphani* *Anacephelensis*. De *die Judicii* *Homilia*, sive *Tractatus brevis*, *Latini* *Authoris* fœtus, ex *Labbeo*. De *Nativitate* *Deiparæ*, *Orationes* III. quarum II. & III. in multis *Codicibus MSS. Andrea* *Crezenti* inscribuntur. De *Dormitione*, sive *Assumptione* *B. M.*
Ora-

Orationes 11. quarum *Posterior* est proflus spuria, citatus in *Ea Eutymius*, qui *Alexii* tempore claruit. De *Historia ejus Indica*, seu *de Vita*, & *Conversazione SS. Barlaami*, & *Josaphat*, dubitatur à Criticis, quemadmodum & *de Vita Stephani junioris*. *Epistola de S. Imaginibus*, sub *Damasceni* nomine, quia post *Damasceni* obitum scripta, *supposita* cognoscitur à *Combesisio*, *Orig. CP. p. 110*. Idem supponunt *Periti*, de *Oratione demonstrativa de Sanctis*, & *venerandis Imaginibus* adversus *Copronymum Imperatorem*. *Aliaque* apud *Gravisonem*, *Histor. Eccl. T. 3. p. 203.*

Marcellinus.

Gentè *Anglus*, professione *Monachus Eboracensis*, ad *ann. 755.* apud *Provinciam Transsulanam*, fidei propagator, obiit plenus meritis, *ann. 770.* propè *centenarius*. Inter alias *Vitas*, scripsit *Acta*, seu *Visam S. Swithberti*, primi *Wardensis* *Episcopi*, sed quia plurimum interpo latam agnosunt *Eruditi*, inter *spurias* reponunt.

Virgilius.

Salisburgensis *Episcopus*, doctrina, & sanctitate clarissimus, flor. ad *ann. 748.* Eidem abjudicatur *Opus*, in quo *Antipodes* propugnantur, alius *Mundus*, aliusque *Sol*, & *Luna*, alii homines à *P. le Coint. in Annal. ann. 748. num. 52.* & alio *Vigilio* restituitur; idèdque perperam à *Bonifacio Ad Zachariam Papam* accusatus, ex *Natali*, *Hist. Eccl.*

Paulus I. Papa.

Patria Romanus, ann. 757. post Stephanum II. fratrem germanum, Sedem Apostolicam tenuit, quam gloriose exornavit pietate, & sollicitudine. Obiit ann. 766. Extant XII. *Epistole* sub ejus nomine, sed sine *Notis*, ac plurimis *anachronismis* vitiatæ, undè suspectæ judicantur à Criticis.

Ambrosius Autpbertus.

Gente Gallus, apud Samnium, ad *Wlturni* fontes Monachus, pietate clarus, & literis, ann. 760. claruit. E' vita excessit, ann. 770. Plura exaravit, ex *Petro Diacono*; sed multa commentitia eidem adjudicantur, *Opera* quidem recentioris ætatis, fortè *Antherpo* juniori tributa, & sunt: *Liber de conflictu Vitiatorum*, & *Virtutum*. *Sermo in Assumptionem B. M.* *Sermo de lectione S. Evangelii*. *Homilia plurima*. *Vita SS. Paldonis, Totonis, & Vasonis*, &c. *Consule Balusium*, T. 2. *Miscell.*

Florus.

Strudonis Monachus Congregationis Gallicana, doctrina, & pietate conspicuus, flor. ann. 760. Non pauca scripsit, potissimum *Martyrologium*, ubi *Gesta*, & *Passiones SS.* recenset, quamvis sub *Beda* nomine circumferatur; undè supponitur illud locupletatum, per *Florum*. Verum tamen est, cætera, quæ huic *Flori* Monumento adscribuntur, *Floro Lugdunensi* adjudicanda fore, docent *Periti*. *Consulantur Editores SS. recent.* T. 11.

Asba-

Atbanafius Junior .

Constantiæ in Cypro Episcopus , apud Lambecium , *Comm. L. 1. ad ann. 765.* claruisse dicitur. Plura *Monumenta* eidem (si unquam extiterint) adscribuntur, nimirum : *Historia de Passione Imaginis D. N. Jesu Christi crucifixæ in Beryto . Questiones ad Antiochum 136. Synopsis S. Scriptura . Disputatio contra Arium in Synodo Nicæna . Syntagma doctrina ad Clericos , & Laicos .* Quæ quidem omnia *commentitia* reputantur à Criticis propter *anachronismos* .

Carolus Magnus .

Ad ann. 768. Pipini Regis Gallorum filius, juxtà *Magnuntiam* natus, qui dignus fuit, in quo Gallia summum rerum scanderet apicem. Vir, ex *Bussier. Flosc. Hist.* qui pietatem intermortuam excitavit. Charitate prodigus, Basilicas non paucas profusissimè condidit. Literis Arma conjungens, eum Orbis totus, fortissimum, doctissimumque veneratus est. *Francia* limites prorogavit : Hæreses extinxit . Ecclesiam locupletavit . Tandem meritis, & gloria plenus, obiit *ann. 814.* ætatis suæ 67. *Aquisgrani* tumultatus. An verò *Carolus* noster *Quatuor Librorum*, qui *Carolini* dicuntur, Auctor extiterit, contendunt acriter Eruditi : Quia enim istî favere videntur *Iconomachis*, Carolo Orthodoxo abjudicantur post *Bellarminum*, à *Possevino*, *Carolo Cointio*, & cæteris hujus generis Eruditis, & cuidam imperito *Heretico* adscribuntur . Non sic sentit *Natalis, Diff. vi. Hist. Eccl. Sac. VIIII.* cum aliis emunctæ naris Criticis, qui ex *MSS. Exemplaribus Vaticano, & Tilliano* convicti, ipsum
Ca-

Carolus absque alio dubio eorundem parentem volunt. Undè contrà *Bellarminum* invehuntur, unquam *Carolus* cum Ecclesia Gallicana, *Iconoclastorum* Hæresi favisse, sed potiùs ipsarum cultum *Imaginum* propugnasse, dumtaxat *abusus* reprehendendo, qui fortè in talium veneratione irrepsissent, ut *Natalis*, *loc. cit.* ostendit.

Turpinus.

Aliis *Tilpinus*, gente *Gallus*, professione *Monachus*, *Caroli M.* à *Secretis*, & ab eodem *Archiepiscopus Rhemensis* inauguratus, ann. 773. claruit. Scripsisse fertur *Historiam de Vita Caroli M.*, & *Rolandi*, apud *Reubertum*, *Script. German.* quam meritò eidem abjudicant *Eruditi* cum *Vossio*, de *Hist. Lat. L. 2. c. 32.* nedum, quod istius *Opus* nusquam agnovere illius ævi *Scriptores*, sed pariter, quia *fabulis* non paucis refertum, supponit *Caroli M.* obitum ab *Authore* visum, cum constiterit ipsum antè *Carolus* obiisse.

Paulus Diaconus.

ADann. 774. gente *Longobardus*, *Warnefridi*, & *Theodolindæ* filius, cognomento *Winfrid*, ex *Vossio*, de *Hist. Lat. L. 2. c. 30.* qui antè *Diaconus* fuit *Aquilegiensis*, & *Desiderii* ultimi *Longobardorum* Regis *Cancellarius*. *Victo* Rege suo, inter *Nobiles Captivos* à *Carolo* *Francorum* Rege abductus fuit; ac propter prudentiam, egregiamque eruditionem, magno aliquandiu in honore extitisse dicitur. Sed suspectior postea, in *Diomedeam* *Insulam* est relegatus: undè ad *Arichin* *Beneventanum* *Principem*, generum *Desiderii* Regis profugit, eoque defuncto, *Monachus* est factus *Cœnobii Cassinensis*.

ss. Haftenus *Vossius*. Plura scripsit eleganti calamo, & erudito, metro, & prosa conspicuo. Inter ejus Opera egregia, circumferuntur ejusdem nomine *Historiae Miscellae*, L. 24. Sed primi xi. cum x. *Eutropii* confunduntur. *Quinque Libros* sequentes continuat *Paulus*, reliqui verò vii. *Landolphum Sagacem*, habent Parentem. Sic judicant Eruditi.

Alcuinus.

A Nno 770. Pipinū, Filiūque ejus Caroli M. *Franciae* Regum tempestate, gloriosissimè floruit, cui cognomentum *Albinus* fuit, ex *Vossio*, de *Hist. Lat.* Gente *Anglus*, Caroli M. præceptor extitit, atque *Consiliarius*. Latina, Græca, & Hebraica Eruditione nulli secundus. Obiit Turonis 804. Scripsit penè infinita, omnia gena doctrina, & eloquentia. Inter hæc, *suppositia* eidem abjudicantur, de *divinis Officiis Liber*: sive *Expositio Romani Ordinis*, recentioris ætatis Opus. De *Baptismi Ceremoniis*, apud *Sirmondum*, *Amalarit* foetus. *Homilia* III. I. de *Silentio*, in quo missum est *Incarnatum Verbum*. II. in *Nativitate B.M.* III. in *Festivitate omnium SS.* Aliaque.

Paulinus Austriacus.

V Ir eloquentia, & eruditione clarissimus, ac de fide Catholica optimè meritus, ad ann. 776. extitit. Hinc à *Carolo V.* variis muneribus locupletatus, mox in *Aquilejensem* Cathedram evehctus fuit. Obiit ann. 804. Plura scripsit zelo fidei, & eruditione referta. Extant præ aliis sub ejus nomine, *Libri VII. adversus Felicem*, sed *Alcuino* restituendū sunt. Abjudicatur pariter *Paulino*

no-

nostro *Liber de salutaribus documentis*, Augustino adscriptus ; sed perperam , ut docent perspicuè *Cod. MSS.*

Theophantes .

PAtria CP. sanguine illustris , ad *ann. 792.* & si invitus , à Matre connubio junctus , cum Uxore tamen coelibatum servavit . Monachus factus , acerrimus *Iconamachorum* vindex , & oppugnator extitit ; undè pro fide , in exilium pulsus , in *Samothracem* Insulam , sanctitate plenus , martyrii palmam promeruit . Extant sub ejus nomine *Tabula Chronologica* , sed suppositiæ judicantur à Papebrochio , in *Exeg. c. 1. Sec. 4.*

Georgius Sincellus .

CAROLI M. tempestate floruit , *ann. circ. 800.* suum *Chronicon* composuit , quodquidem verbatim ab *Eusebio* extraxit .

Dacryanus .

ORdinis *Benedictini* Abbas , apud *Bigneum* , in *Ind. Chron. Bibl. PP. ad ann. 800.* Huic adscriptus Opus , *Speculum Monachorum* dictum ; sed , nedum de tali Monumento , verùm & de *Scriptore* ipso ambigunt Eruditi . Opus enim præfatum , potius *Ludovico Bloisso* , ad *an. 1566.* adjudicandum fore , docet *Raynaud. de bon. & mal. L. 9.*

Ludgerus .

FRISA oriundus , *ann. 802.* Caroli M. familiaris . Ex Monacho *Benedictino* Episcopus *Mimigardenordensis* ,

denfis, & Lutofæ Abbas factus, gloriosus floruit literis, & pietate, Sub ejus nomine *Epistulam ad Rixfridum Ultrajectensem Episcopum, de Vita, & Miraculis S. Suisberti Episcopi*, quæ est apud Bollandum; *Ludgero nostro* abjudicat Carolus de Cointe, *Ann. Eccl. Franc. ad ann. 779.*

Nicephorus.

PAtria CP. & in eadem Urbis Patriarchali Sede, ad *ann. 811.* evehus est. Fidei Catholicæ strenuus propugnator contra *Iconomachos* extitit, pro qua exilio multatus, in *Proconneso* Propontidis Insula, ubi *Cœnobium* antea extruxerat, sanctissimè obiit, *ann. 828.* Plura scripsit; sed sub ejus nomine *Indiculum Librorum Canoniorum, Ecclesiasticorum, & Apocryphorum*, falsò *Nicephoro nostro* adjudicat Pearsonus, *Vind. Ignat. p. 1.* cum in nullo *Cod. MSS. Veterum* reperiatur.

Amalarius.

AD *ann. 812.* In Monumentis, quæ sub ejus nomine circumferuntur, valdè hallucinati sunt Eruditi. Id pro certo habendum, quod duo fuere circa eandem rempestatem *Amalarii, Amalarius Metensis* Diaconus, & *Amalarius Fortunatus* dictus, *Trevirensis* Antistes. Opus ergò illud, præ cæteris nimirum, *De Divinis, sive Ecclesiasticis Officiis*; sicut pariter & aliud, *de Ordine Antiphonarii*, quod adscribitur *Trevirensis* ab aliquibus, minimè censendus est foetus ejusdem, sed *Metensis*, cum ille mortuus jam fuerat, *ann. 814.* quando laudata *Monumenta*, juxtà accuratam cordatiorum Literatorum indaginem exarata minimè fuerint ante *ann. 827.*

Theodorus Studites .

PAtria CP. inter *Eliades* sanctitate clarus, & supra communem literarum sortem eruditus. Ad *an.* 813. ex nostro *Appar. Eliad. V. Theodor. Stud. Studita* dictus à Cœnobio, quod *Studium* nuncupabatur. Sub Principibus *Iconomachis* pro *SS. Imaginum* defensione variè vexatus, infracto animo, tormenta, vincula, ærumnas, exilia ad mortem usque perpeffus est. Tandem meritis plenus, fidei zelo, & doctrina gloriosus, in *Chalcite* Insula obiit circ. *ann.* 826. Plura scripsit, & doctè. A' suis egregiis *Monumentis*, *Cave*, in suo *Sac. Photian.* expungit *Metricum* illud *Opus*, *Canon*, sive *Hymnus* dictum pro *SS. Imaginibus*, eò quod ibi mentio habeatur *Imaginum restitutarum*, quas post *Theodori* obitum evenisse supponit. Sed quia cæteri cordatiores laudatum *Opus* communiter tamquam *Theodori* foetum agnoscunt, nulla ratio suppetit, quod *Theodoro* denegemus. Tum maxime, quod *Theodorus*, *Michaelis Balbo* imperante, *ann.* 821. *SS. Imaginum* veneratione permiffa, vivebat ..

Eginardus .

Germanus gente, *ann.* 814. *Caroli M.* à secretis, *Abbas Fontanellensis*, & indè *Gandensis*, creatus est. Pietate eminens, & literis. Plura exaravit, & floridè. Ab eo expungunt Critici *Chronicon Laurishamense*, apud *Carolum Cæntium*, *ann.* 774. Sed consulatur *Andreas de Chesne*. De ejus *Breviario Chronologico*, ab *Orbe condito*, ad *ann.* 809. non minus ambigunt Eruditi ..

Em-

Emmanuel File.

ORigine *Græcus*, flor. ad ann. Chr. 820. Scripsit *Animalium Historiam*, quam nihilominus totam extraxit ab *Eliano*. Vivebat *Michaelis Curopalata*, vel *Michaelis Balbi*, *Orientis Imper. tempestate*.

Claudius.

Gente *Hispanus*, ann. 820. *Ludovici Regis Francorum* à secretis; *Episcopus Taurinensis*, claruit pietate, & literis. Non pauca exaravit; sed de ejus *Chronologia brevi*, juxtà *Hebraicam Sacrorum Codicum veritatem*, dubitatur ab aliquibus, an noster *Claudii Foetus extiterit*. Vide *Labbeum*, *Scr. Eccl.* & *Mabillon*.

Eugenius II.

IN *suprema Petri Cathedra Sum. Pontifex electus*, ann. 826. clarus meritis, literis, & exemplis, ad illam *stabiliendam apprimè enituit*. *Epistolas nonnullas edidit*, atque *Decreta*, nu. xi. Sed ex *laudatis plura Eugenio III. restitui debent*.

Isidorus Mercator.

P*eccator dictus*. Ad ann. 840. De ejus *Nomine*, ac *Monumentis*, quomodo, & quando *consarcinatis*, parum adhuc dicere, *hæriolatio est*. Id dumtaxat certum, quod *Epistolas Decretales sub Pontificum Romanorum nomine*, à *Clemente I. usque ad Deusdedit* compilasse dicitur, quas ore uno *Critici omnes, adulterinas*,

Spuriasque volunt . Consulantur Balutius , *Præf. ad Reg. de Eccl. discipl. §. Cc. & nostræ Literæ Erud. Tom. 1.*

Lupus.

COgnomento *Servatus* , natione *Gallus* , in Ordine *S. B. nedicti* Abbas *Ferrariensis* inauguratus est , ann. 842. Ludovici Imperatoris apprime familiaris , ac in rebus magni ponderis Consiliarius . Plura scripsit , & doctè . Abjudicatur *Lupo* nostro , *Liber de tribus Quaestionibus* , s. *de Libero arbitrio; de Prædestinatione bonorum, & malorum* ; & *de Sanguinis Christi superflua taxatione* , seu *redemptione usque ad salutem impiorum* ; & *Lupo Moguntinensi* Præsbytero adscribitur à *Gilda Mauguino* , *T. 1. p. 2. p. 9.* Sed hallucinatus est Auctor , cum duos *Lupos* supponat , quandò unum , & eundem *Moguntinum* , & *Abbatem Ferrariensem* esse , cuncti Eruditi volunt , uno excepto *Trithemio* , qui sanè in hoc oberravit . Vide *Balutium* .

Christophorus .

AD ann. 836. Patriarcha *Alexandrinus* , qui *Theophilus* *Iconamacho* imperante claruit . *Parænesim Asceticam* , & *Parabolicam de Vita humana* scripsisse fertur ; sed græcè latinè idem *Sermo* videtur Criticis cum eo , quem *Theophilus Alexandrinus* exaravit .

Gotteschalcus .

Gente *Francus* , Monachus *Orbacensis* , de quo , & de ejus potissimum doctrina acriter contendunt hinc inde Eruditi , clar. ann. 840. Obiit ann. 870. in Carcere ,

cere ; ut aliis placet . Plura scripsit ; sed *Vita S. Lamber-
ti* eidem abjudicatur , *Gotteschalco Canonico Leodiensi* ad-
scripta . An verò in *Heresim* incurrerit , consulatur de
Gravison , *Hist. Eccl.*

Ratramnus.

Aliis *Bertramus* , ann. 840. eruditione conspicuus ,
Ludovico Pio , & Carolo Calvo regnantibus , in
Corbejensi Monasterio claruit . Multa *Dogmatica* apud
Dacherium , in *Specileg.* composuit ; sed de ejus Libro,
de Corpore , & Sanguine Domini , valida est contentio in-
ter Eruditos , an foetus *Ratramni* extiterit . Omnis pe-
nè *Reformatorum* Coetus , *Ratramno* adscribit *Opus* ; nec
ex nostris *Natalis* , & *Mabilonius* negant . Præ cæteris
Gravisono maximè arridet oppositum , illud *Joanni Sco-
to Erigenæ* adjudicanti . Videtur quippè illius *Operis Sty-
lus* homogeneous in omnibus cum alio de *Prædestinatione*
à *Joanne Scoto Erigenæ* præcuso . Quid mirum ergò ,
quod ejusdem foetus adhuc parens *Erigenæ* dicatur , dum
de *Sacrosancta Eucharistia* pessimè sentit , & *Sacramen-
torum Heresim* præformarit ? Hinc meritò id in *Conci-
lii Tridentini Indiculo* inter damnata *Monumenta* vide-
tur inscriptum . Accedunt *Ascelini* Monachi , in *Episto-
la ad Berengarium* , & ipsiusmet *Berengarii* , in *Epistola
ad Richardum* testimonia , apud *Dacherium T. 2. Specileg.*
quorum uterque ore uno , illius *Libri Joannem Scotum
Erigenam* parentem designat .

Amulus.

Aliis *Amularius* , gente *Gallus* , ann. 841. ad *Insulam
Lugdunensem* evectus est . Extant suo nomine *Mo-*

74-

numenta non pauca; sed expungenda ut *suppositia* ab Amulo nostro quæ sequuntur, videlicet: *Responsio ad interrogationem cujusdam de Præscientia, vel Prædestinatione divina, & de Libero arbitrio*, quæ Floro Diacono Lugdunensi adscribitur, apud Balurium. *De Gratia, & Præscientia Dei, deque Prædestinatione, & Libero arbitrio. De Spe item, ac fiducia salutis, & de Sententia S. Augustini, Amulonis Epistola ad Hincmarum. Sententia S. Augustini, ex Libris ejus de præfatis rebus sumpta, & in unam seriem distinctis capitulis ordinata*; de quibus adhuc non parum dubitant Eruditi.

Haymo.

A Nno 841. ex Monacho Fuldensi Episcopus Halberstadiensis, ad ann. 848. creatus est. E' vita decessit ann. 853. Plura exaravit pietate, & eruditione clarissima. Inter hæc, ambigitur *de Commentario in Epistolas S. Pauli*, Haymonis nomine, edito Parisiis 1556. in 8. quem postea Eruditi perspicuè legunt sub Remigii Rbemensis nomine, & Roma 1598. & Mogunt. 1614.

Alphonsus III.

A D ann. 841. inter Hispanos Reges Magnus, eò quod, & Domi literis, & foris armis, maximè enituit. Circumfertur ejus nomine, *Hispania Chronicon*; sed an *Alphonsi* nostri foetus, an Sebastiani *Salmanticensis* extiterit, non dum liquet apud Eruditos.

Me-

Methodius Homologeta .

Gente *Siculus* , sanguine , pietate , & literis celeberrimus , ann. 842. ex Monacho in Insula *Chio* ad Cathedram *CP.* euectus fuit . Plura scripsit , & doctè . De iis præ cæteris *Monimentis* dubitantur ab Eruditis , quæ sequuntur : *Encomium S. Dionysii Areopagite* , *Collectaneis Hilduini* restituendum , ex *Sirmondo* , & *Launojo* . *Oratio in Ramos Palmarum* , *Methodio Patarensi* tributa . *Canones Methodii penitentiales* , quos *Arcudius Methodio* adjudicat *Seniori* .

Rabanus Maurus .

Patria *Moguntinus* , ann. 847. *Albini Flacci Auditor* fuit , ac ex quarto *Fuldensis* Abbate , sextus est factus *Episcopus Moguntinus* , ex *Vossio* , de *Hist. Lat.* omnigena eruditione conspicuus , soluta oratione , & merito fecundus . Vir sanè sua tempestate nulli secundus . Penè innumerabilia exaravit . Quæ verò eidem abjudicantur à Criticis , sunt : *De Vitiis , & Virtutibus* . *De Peccatorum Satisfactione* . *De Remediis , seu Penitentiis* , aliisque ad *Sacrum Ordinem* , & *Ecclesiasticam Disciplinam spectantibus* , Libri plures , qui *Halitgario* adscribuntur , apud *Canisium* , & *Bibl. PP.* *Commentarius in Regulam S. Benedicti* , qui *Smaragdo Abbati* debetur . *Liber contra Judæos* , *Amulonis Lugdunensis* foetus . *In Pentateuchum Commentaria* (excepta *Genesi*) cætera *Walfrido Strabo* tribuenda , ut patet ex *Cod. MSS.* in *Bibl. Colleg. novi* apud *Oxonienſes* ; & ex *Cod. MSS. Colleg. Balionensis* . *Obit ann. 856.*

Re-

Remigius .

NAtione Gallus, ad an. 855. ex Magistro S. Palatii Lotharii Imperatoris in *Lugdunensem* Cathedram erectus, claruit literis, & pietate. Plura scripsit; sed *commentitia* sunt ejus homine, quæ sequuntur: *Commentarius in Epistolas D. Pauli*, Haymonis foetus. Et *Commentarius in Epistolam ad Hebraeos*, Primasio adjudicatus, apud *Usserium*.

Joannes Erigena .

Aliis *Scotus*, ad ann. 858. gente *Anglus*, Caroli Calvi individuus Comes, literis, & eloquentia conspicuus. Obiit ann. 883. à discipulis, ut dicitur, stylis, ac graphiis confossus. Non pauca composuit; sed *Excerpta de Differentiis, & Societatibus Græci, Latinique verbi*, inter *Macrobiani* Scripta leguntur, ex *Usserio*. De ejus salute, & fide, vide *Natalem*, *Dissert. 14. Sec. 9.*

Photius .

DOmo CP. S. Tharassii Patriarchæ CP. ex Sorore nepos, in Imperatoris Aula à Secretis, Protospatharius, atque Regiæ Urbis Senator. Eunuchus, & Laicus, ex Labbeo, *Scrip. Eccl. CP.* Sedem, ejecto *Ignatio*, fraudolenter invasit, ann. 858. Indè *Ignatio* restituto, *Photius* à Synodo *VI I I.* expulsus est. Mortuo deindè *Ignatio*, *Photius* iterum Sedem rapuit, indignus, quam vel semel insideret, quam ad ann. 885. foedavit, usque dum à *Leone Basilii filio* iterum exulatus, in *Aemetarum Monasterii* secessu periit, quo anno, incertum. Ejus *Monumenta*, infinitam ejus lectionem, & acerrimum iudicium

cium demonſtrant, omniumque ſcibilium *Encyclopediam*. Sed perditus fuit, & Schiſmatis *Græcorum* antefignanus, & Primipilus. Vaſtri ingenii, verſipellis, aſt ambitione nulli ſecundus. Inter ejus Opera, *Synopſis Conciliorum Photii*, quæ græcè habetur in *Bibliotheca Voſſiana*, *Photii* hujus non eſt, ſed *Photii Tyrriorum Antiftitis*. Conſule Uſſerium, *Differſ. de Symb. p. 23.*

Metropbanes.

PAtria CP. ann. 858. Smyrneorum Metropolita, *Photii* perſecutor extitit. Vir literis, & eruditione clarus. Plura exaravit; ſed Opus illud, *de Spiritu Sancto Diſciplina Arcana*, ut quemadmodum *Filius ex ſolo Patre*, ita & *Spiritus S. ex ſola, eademque cauſa procedit*, dicitur tamen *Filii eſſe*, tamquam qui illi conſubſtantialis eſt, & ab eo mittitur; quamvis in *Cod. MSS. Palatina, n. 216*, reperiatur; tamen, quia non deſunt alii *Cod. MSS.* ejusdem antiquitatis, qui id *Photio* adſcribant, merito dubitant Eruditi, cuinam ex laudatis adjudicandum ſit. Ex *Allatio, de Conf. L. 11.*

Iſaac.

ANno 859. Lingonenſis Antiftes, doctrina clarus, pluribus Conciliis præfuit. Extat ſub ejus nomine *Epiftola de Canone Miſſæ*, quam eidem abjudicant *Balutius*, & *Dacherius*, in *Specileg. T. XIIII.* & *Iſacio* cuidam *Abbati Piſtavienſi*, ex *Ciſtertientium Ordine* tribuendam eſſe recensent.

Basilus Macedo.

AD ann. 867. ex prisca quidem *Arsacidarum* Nobilitate, sed annorum ferie sic obscura, ex *Bussier. Flos. Hist.* ut homo pauperculus in curandis Equis ageret vitam. Sed obtruncato *Michaelē*, Imperii gubernacula tenuit. Exturbato *Photio*, Ignatium revocat, ac ipsius cura Concilium Oecumenicum VII. ann. 869. indixit, quo damnatus *Photius*, & *Aconomichorum* zizania stirpitus evulsa, *Saracenos* indè fugavit. Obiit ann. 886. Imperii 18. inter Optimos Príncipes numerandus, nisi quod pessimè *Michaelis* sanguine Imperium foedarit. Extat sub ejus nomine, præ cæteris *Monumētis* ab eodem exaratis *Menologium Græcorum*, quod *Leo Allatius, de Lib. Eccl. Diff. 1. p. 84.* *Basilio juniori* potiùs adscribendum censuit; tametsi à cæteris *Græcorum Menologiis* minimè discrepare, *Cave* contenderit, in suo *Sac. Photian.*

Michael Pfellus senior.

AD ann. 870. Asceta nobilis, qui diù in *Antro Insula* versatus, potiùs sanctitate, quàm literis floruit. Non pauci Eruditi, *Tractatus* plures eidem adscribunt, nimirum *Paraphrasin in plerosque Aristotelis Libros. Diabozum de Operationibus Demonum. Tractatum de Demonibus*; sed immeritò, cum potiùs à Criticis hæc, & similia *Michaeli Pfello juniori Philosopho præstantissimo* adjudicentur.

Ana-

Anastasius Bibliothecarius.

A Bbas Romanus, sub Nicolao I. Sum. Pontifice, Adriano II. & Joanne VIII. claruit, ann. 870. quem malè Vossius cum Anastasio Cardinale, Tituli S. Marcelli confundit, ex Natali, *Hist. Eccl. Sec. ix.* Plura vertit, & exaravit; sed *Historiam de Vitis Rom. Pontif. seu Libram Pontificalem*, à S. Petro usque ad Nicolaum expungunt, & si non in omnibus, ab Anastasio, Periti. Vide Labbeum, T. 1. p. 252.

Joannes.

E cclesiæ Romanæ Diaconus, clar. ann. 875. Excat sub ejus nomine *Commentarius*, sive *Expositio brevis in Heptateuchum*, quod Opus non dum constat, an Joanni nostro adscribendum sit.

Herricus.

A ntisiodorensis Monachus S. Benedicti, doctrina celebris, flor. ann. 880. Eidem adscribuntur *Homilia*, & in illud: *Cum venerit Paraclitus*, &c. in illud *Eum cum iret Jesus in Hierusalem*, & in illud *Matth. Nemo potest duobus Dominis servire*; quæ, iisdem verbis, & si diversis commatibus, leguntur in *Homiliario Pauli Diaconi*; unde cuiquam assignandæ forent, ignoratur.

Nicetas David.

D omo Byzantinus, Dadybrorum in Paphlagonia Antistes, Philosophia clarus, & literis, flor. ann. 880.

Plura scripsit; sed *Orationes* ejus diversæ in *Marcum Evangelistam*. In *Nativitatem S. Mariae*. In *Exaltationem S. Crucis*. In *S. Gregorium Theologum*. In *S. Hiacinthum Amastrensem Martyrem*, tamquam dubiæ fidei æstimantur ab *Erdiis*. Inter *suppositias* verò: *Liber pro Synodo Chalcedonensi*, *adversus Epistolam Regis Armeniae*, *Nicetæ cum iam juniori adjudicatus*. Et *Commentarius in Gregorii Nanzianzeni Tetrastica*, & *Monastica*, *Nicetæ Serroni* fœtus. In *Scolis Nanzian.* inclinare videtur errori aliquorum, quod Christo prædicanti apud *Inferos*, *ethicus Plato* primùm credidisset.

Guilielmus.

AD ann. 890. *Ecclesiæ Rom.* *Bibliothecarius*; *Vitas Rom.* *Pontificum* exaravit, à *Nicolao* usque ad *Stephanum V.* de quibus apud *Baronium* ambigitur, an uni, vel pluribus *Auctoribus* illæ sint adscribendæ, & potissimum *Anastasio*, cujus nomine representantur.

Formosus Papa.

Gente *Italus*, ex *Cathedra Portuensi* in *Supremam Petri Sedem* evehctus est, ann. 891. Multa est *perpeffus auge*, & post obitum per *Joannem VIII.* & per *Stephanum*, qui è *Sepulchro* illum extrahendo, in *Tiberim* *cauctoratum* projecit. Extant sub ejus nomine *Epistolæ* plures; sed illa num. 11. ad *Episcopos Anglicanos* directæ, abjudicatur *Authori* à *Papebrochio*, *Comar. ad Chron. Rom.*

Cyprianus Cordubensis.

Gente *Hispanus*, clar. ann. 900. *Epigrammata* multa concinnavit, quæ Nic. Ant. *Biblioth. Hispan. Vet. L. vi.* spuria supponit, ac in *Ecclesiæ suæ Cordub.* honorem conficta, contendit.

Simeon Metaphrastes.

Patria *CP.* sanguine, opibus, dignitate, & doctrina celebris, enituit ann. 901. *Vitas SS.* innumeras, nova forma, methodoque descripsit; sed has inter, *Leo Allatius*, *Diatrib. de Simeon. script.* præter 122. verè genuinas, reliquas spurias, & suppositias judicat, propriisque Auctoribus jurè restituit. Ipsum consule de numero, & de nominibus, ac *Bolland. Prof. ad T. i. SS. mens. Januar.*

Stephanus.

Germanus gente, ex Abbate *Lobienſi*, ad ann. 903. *Leodicensis* Antistes creatus est. E vita decessit, ann. 920. *Officiam Trinitatis*, sicut de *Inventione S. Stephani* composuisse asseritur; quæ utraque ab *Apostolica Sede* respuitur, ex *Not. Cod. MSS. in Biblioth. Lambet.*

Constantinus Porphyrogenitus.

Patria *Byzantinus*, post *Leonis* obitum, in *Arce Graeci Imperii* adhuc puer evectus est, ann. 911. Vir literarum non ignarus. Multa scripsit *Historica*, & *Politica*; Sed *Vitam Basilii Macedonis* sub ejus nomine inscriptam,

ptam, momentis non puerilibus *Labbeus* ab ejusdem Operibus abjicit. Obiit *ann. 959.*

Euty chius.

ORigine *Arabs*, Patriarcha *Alexandrinus*, clar. ad *ann. 933.* Plura scripsit, sed plurimum fabulis, quisquiliisque confarcinata. Scribit namque atque commentus est, apud *Seldenum*, ex *Vetust. Auct. Lib. de Generat. Mahomet*: primos Parentes statuisse, nè gemella Soror gemello fratri nuberet, sed ei, qui altero partu fuisset editus. Hinc *Caini*, & *Abelis* æmulatio exorta, apud *Cabbalistas*, ex Saïdo *Patricides Arabo*, Patriarch. *Alexandr.* ac postremò *Abelis* exitium; siquidem formosorem puellam natam cum *Caino*, quam *Cainus* cupiebat, *Abeli* *A damus* desponderit. Sed de iis, & similibus, vide *Natalem*, *Hist. Eccl. V. J. T. 1.*

Josepb Genesius.

NAtione *Græcus*, Historicus illustris, sub *Constantino Porphyrogenito* gloriossimè claruit, *ann. 940.* Præ aliis *Historiam*, sive *Vitas Imperatorum Byzantinorum* composuit, quam *Christianus Wagnerus* ex suo *Cod. MSS.* recentiori ætati adjudicavit, verosque ejusdem parentes *Georgium*, & *Theophanem* faciendo. Sed ex *Jambis Olympii* cujusdam oppositum eruit *Cave*, in suo *Sec. Obscur.*

Luitprandus.

ORigine *Hispanus*, domo *Ticinensis*, ex cujus *Diaconia* in *Cremonensem* *Cathedram* fuit sublimatus, *ann.*

ann. 946. Pro Rege Berengario II. & Ottone Imperatore, varias perfecit Legationes. *Historiam Rerum gestarum ab Europa Imperatoribus, & Regibus*, in sex libros distributam, exaravit, quam *Cap. v. Lib. vi.* finierat; undè sequentia, quæ in laudato *Opere* leguntur, affuta sunt, & *Authori* supposita, ob *Styli* diversitatem, rerumquæ ad illud penitus incoherentia, ex *Baronio*, & *Bellarmino*. *Librum* pariter de *Rom. Pontif. gestis à S. Petro usque ad Formosum*, eidem Periti prosums abjudicant, nec fidei momenti: Varias enim confarcinat de *Germania Ecclesiis*, quæ *Germanum* potius, quàm *Italum* esse, testantur. Hinc, quia à *Sigiberto*, & *Trithemio* minimè tamquam *Luitprandi* factus agnoscitur, veluti *adulterinus* exploditur ab Eruditis.

Notkerus.

Natione *Germanus*, *Sueviæ Ducis* filius, & *Episcopus Leodiensis*, flor. pietate clarus, & literis. Plura scripsit; sed nonnulla eidem à Criticis abjudicantur, & sunt: *Historia Episcoporum Trajectentium*, quæ ut nunc est, potius *Herigero Abbati Lobienfi*, ex *Miræo*, *Not. ad Sigiber. p. 151.* tribuenda est. De *Miraculis S. Remailli*, *Lib. 11.* *Notkeri senioris Opus*. Obiit ann. 1007.

Herigerus.

Abbas *Larbiensis*, flor. ad ann. 990. doctrina, & pietate conspicuus. Non pauca composuit; sed ejus *Historia*, sive *Gesta Episcoporum Leodientium*, *Notgero* vulgò adjudicatur. De *Vita* pariter *S. Landoaldi*, sub ejus nomine evulgata, & vindicata à *Moræo*, *Not. ad Sigiber. p. 151.* dubitatur inter Eruditos, cum similiter apud *Sarram*,

rium, sub nomine *Notgeri* videatur inscripta, ad 19. Martii.

OEcumenius.

NAtione *Græcus*, clar. ad ann. 990. Vir doctrina præditus, & in explicandis divinis Literis elegans, & apertus extitit. *Commentarii in Epistolas D. Pauli*, eidem abjudicantur ex parte apud Antonium Possevinum, *Apparat. Sacr.* Quemadinodum & non pauca ex *Chrysofomo* excerpfit, apud *Joan. Hensen. Com. Act. Apost.*

Aimoinus.

NAtione *Aquitanus*, *Afceta Floriacensis*, literis clarus, & pietate, flor. ann. 1001. Inter cætera ejus *Monumenta*, circumfertur *Historia Francorum*, in 4. Lib. distributa, atque ad Abbatem *Abbonem Floriacensem* directa. *Liber* verò *V. & Quarti pars* eidem inserta, recentioris videntur ætatis, apud Eruditos.

Sylvester II.

Gente *Gallus*, antea *Gilbertus*, Ord. S. *Benedicti*, *Mathesi*, & *Astrologia* doctus, in Sum. Pontif. apicem evehctus est, ann. 999. Tanquam *Magum* eum sugillavit *Benno Schismaticus*. Sed quam falso, consule *Baronium*, ann. 1048. *Epistolam* scripsisse fertur ad *Seguinum*, quòd *Concilium sit supra Papam*, ex *Maimburgo*; sed suppositiam volunt Critici cordatiores.

Ful-

Fulbertus.

EX Abbate *Ferrariensi*, *Carnotensis* Antistes constitutus est, ann. 1007. Scripsit plura; sed *Sermones in Nativitatem B.M.V.* & in ejusdem *Assumptionem*, iisdem verbis in *Traſtatu de Nativitate B.M.V.* Hieronymo afficto, & inter *Auguſtini Serm.* reperiuntur.

Vvarmannus.

Gente *Germanus*, sanguine illustris, & literis, ad ann. 1025. ex Monacho *Augiensi*, *Constantiensis* Episcopus creatus est. Præter alia, scripsit *Vitam S. Pirminii Abbatis*, quæ sub *Othloni* nomine in *Vitis SS. Germanie* legitur, apud *Chriſt. Broverum*; quamvis in *Catalogo Testium* à *Guilermo Eifingrenio* pro *Warmanno* nostro vindicetur; adeòque inter *dubias* reputamus.

Berengarius.

Gente *Gallus*, patria *Turonensis*, ac *Andegavensis* Archidiaconus. Pontifice *Benedicto IX.* ad ann. 1035. primus mille post annos *Chriſti* verum *Corpus* in *Sacratissima Eucharistia* hausus est inficari; quapropter ab *Ecclesia* damnatus, bis *palinodiam* recantavit. Obiit ann. 1088. propè nonagenarius; an verò poenitens, incertum. In *Apocalypsin*, præter cætera, scripsisse dicitur, apud *Buſtonum*; sed *Berenguiddo* potius *Expositionem* illam *Apocalypſios* adjudicant duo *Cod. MSS. in Biblioth. Lambet.* apud *Jameſium*.

Theophanes.

Cerameus dictus, Tauromenii in Sicilia Antistes, literis claruit, ann. 1040. Plures *Orationes Dominicales* composuit; sed ex iis non paucae *Gregorio Cerameo* adscribuntur à *Scorso*; an verò confundendus cum *Theophane*; fortè *binomia* apud eundem, non satis liquet.

Avicenna.

Gente *Arabs*, Medicus, & Philosophus insignis, clar. ann. 1040. Plura scripsit *Aristotelica*; sed de eo abjectè sentit præ cæteris *Joannes Monardus*, L. 9. Ep. 5. quòd nimirum *ex aliis* penè verbatim acceperit quicquid in suum *Librum* congeffit. Obiit ann. Chr. 1050. Prorsùs erravit: *Animalia cuncta posse ex Terra generari*.

Theodvinus.

Leodiensis Antistes, clar. ann. 1045. De sua *Epistola*, seu *Libello ad Henricum Gallia Regem, de Corpore, & Sanguine Christi*, adversùs *Berengarium*, ejusque Sectatores, vindicata à *Mabillonio* Authori jam laudato, *Analect. T. 4.* *Baronius*, ad ann. 1035. dubitat; imò sub *Durandi* Leodiensis Antistitis nomine, eandem mutilam exaravit, cum eodem pariter sentientibus, & *Chapeavillo*, in *Hist. Rer. Leod. & Bibl. PP. Edit. T. 18.*

Michael Psellus Junior.

Patria CP. sanguine Consulari conspicuus eluxit ann. 1050. Penè infinita scripsit omnigena eruditione.

re-

referta, plurimisque encomiis ab Allatio, *Diatrib. de Pfellis*, eloquentissimè commendata. Inter ejus egregia *Monumenta*, hæc expunguntur ab Eruditis, 5. *Expositio*, sive *Scholia in Oracula Chaldaica*, quæ *Proclo Lydio* adjudicatur. Item de *Podagra Liber*, aliaque.

Petrus de Honestis.

Gente *Italus*, patria *Ravennatensis*, Petri Damiani frater, clar. ann. 1057. Ecclesiæ vindex acerrimus, *Cluniacensium* Ordinis Reformatior, & Rector, literarumque multifaria eruditione repletus. Innumerabilia exaravit. Inter hæc *suppositia* judicantur ab Eruditis sequentia: *Sermones juxta mensium ordinem distributi*; hi præcipuè, *de Nativitate Domini. De S. Martino. De Rivis Fluminis. De S. Stephano. De S. Andrea, & de S. Nicolao*, apud *Raynaudum in Erotemat.*

Georgius Cedrenus.

Monachus *Græcus*, flor. ann. 1057. De suo *Idiotismo* famosus. *Annales* suo nomine extant, sive *Historiarum Compendium*, ab Orbe condito usque ad *Isacii Comneni* tempestatem, nimirum usque ad ann. 1057. De quo *Monumento* in *sumul & Anthore*, malè sentit *Allatius*, *Diatrib. Georg. & eorum Script. p. 334.* *Corniculans* *Esopicam* eum vocando, dum verbatim cuncta ex aliis extraxerit.

Lanfrancus.

Gente *Italus*, *Papia* Urbe oriundus. Ex *Priore Cenobii Baccensis*, & *Abbate Codomensis*, Ord. S. Beni-

nedicti, *Cantuariensis* Archiepiscopus, & totius *Anglia* Primas, unanimi consensu creatus est, *ann.* 1070. De fide Catholica optimè meritis, Hæreses profligavit, multaque pro Ecclesia Dei patravit calamo, & sollicitudine. Plura scripsit, & doctè, apud Dacherium, *ann.* 1648. *Decretis* tamen pro *Ordine S. Benedicti* ab eodem editis, plura à quodam *consarcinate* fuere adjecta, adedque *spuria* tali Authori adjudicanda; & quia *Styli* ejusdem majestatem non sapiunt, & quia in iis, *Sec.* 2. c. 2. Lanfrancus ipse citatur. Tandem sanctè obiit, *ann.* 1088.

Osbernus.

Natione *Anglus*, *Cantuariensis* Ecclesiæ Præcentor, & Monachus, *ann.* 1070. claruit, Musica, & Literis eruditus. *SS.* *Vitas* plurimas concinnavit; sed abjiciendæ ab Osberno nostro *Vita S. Breguini*, *Cantuarien.* Episcopi, & *Vita S. Odonis*, ejusdem Urbis Antistitis; cum *Prima Joanni Tinmuthensi*, *Secunda Eadmero* tribuendæ sint, ex *Cod. MSS. Colleg. Corp. Chr. Cantabrigentium*.

Samuel.

Gente *Afer*, ex Hebræo Christianus factus, *ann.* 1070. floruit, literarum non imperitus. De ejus *Libro*, sive *Epistola*, arabicè scripta ad *R. Isaac*, de *Adventu Messia*, quam *Alphonsus Hispanus* latinè transtulit, dubitat *Joannes Hornbechius*, *Prolog. in Lib. de Convert. Judæis*, *Sec.* v. num *Samuelis* legitimus foetus extiterit, cum in *Biblioth. Ultraject.* aliter quàm in *Exemplaribus* habeatur.

Joan-

Joannes Xiphilinus.

PAtria CP. Joannis Patriarchæ fratris filius, & non idem, ut alii fabulantur, clar. ad *ann.* 1073. *Historiam Dionis Cassii*, in Epitomen redegit, magno Reipublicæ exitio Literarum, *Dione* extincto, eundem in multis obtruncando.

Theophilaſtus.

PAtria CP. Acridæ in *Bulgaria* Archiepiſcopus, ſed Schismaticus, *ex Bellarmino*, in D. Chryſoſtomi lectione detritus, *ann.* 1077. Theologus ævi ſui celebris extitit. Inter *Monumenta* eidem adjudicata, extat *Fragmentum* quoddam, de *Riſu*, & *Veciferationibus in Feſtis SS.* de quo Eruditi proſuſ ambigunt, cuinam parenti reſtituendus ſit foetus.

Nicetas Serron.

EX Diaconia Eccleſiæ CP. *Heracleenſis* Antifteſ factus, Sacris Literis apprimè incumbuit, *ann.* 1077. Ex ejus Operibus, explodendum à *Niceta* noſtro Monumentum illud: *Catena in Job* dictum, cum potius *Olympiodoro* adſcribatur à Criticis, unà cum aliis *Catenis in Luc. Matth. &c.* docent Periti.

Suidas.

Monachus *Byzantinus*, Lexicographus illuſtris, clar. *ann.* 1081. E Scholiis *Ariſtophanis*, quemadmodum, & ex aliis *Grammaticorum promptuariis* in acervum

vum suum infinita congestisse dicitur, apud Desiderium Herald. *Animadvers. ad Arnob. L. 3.* Id, quod de Jul. Cesare scripserat, quod à *ca*so Matris suæ utero, nomen traxerit, mendacium olet, cum ejus parens adhuc *Cesar* nominatus sit, ex *Plin. L. 7. Hist. Nat.*

S. Bruno.

Colonia Agrippina natus, Rhemensis Ecclesiæ Canonicus, Scholarumque Magister, ac *Carthusianorum* Ordinis *Institutor* extitit gloriosus, literis, & sanctitate mirificus, *ann. 1086.* Qui relicta Sum. Pontificis Aula, ac *Rhegiensi* Episcopatu recusato, *Calabria* Eremum in Elysiū mutando, corporatos Angelos Terris dedit suo *Instituto.* Ejus *Monumenta*, videlicet: *De laudibus Ecclesiæ. De Ornamentis Ecclesiæ. De Novo Mundo. De Festivitatibus Festivitatum. De Laudibus B.V. De Martyribus, Confessoribus, &c.* Eruditissimi *Carthusia* suo Parenti vendicant omnes. Non sic *Marcus Marchesius* cum aliis Criticis, in *Dissert. Hist. de S. Brun. Astensi*, sentit, qui S. Brunoni *Signino* Antistiti prorsus adjudicat. Abiit in Cœlum, *ann. 1101.*

Bruno Astensis.

Gente *Longobardus*, ex nobili *Astensem* Familia natus, *Furpuram* in *Cucullam* convertit, *ann. 1087.* Invitus, *Episcopus Signiensis* eligitur, quo pluries abdicato, in *Casinum* Montem vitam excoluit *Angelicam.* Post tot exantlata merita, literis, & exemplis conspicuus, obdormivit in Domino, *ann. 1125.* Plura scripsit pietate insignita; sed *Homilia*, sive *Sermones 145.* sub ejus nomine nuper excogitatæ à Recentioribus, inter
Ve-

Veteres consensu unanimi *Eusebio Emeseno*, vel *Euherio Lugdunensi*, fuere adjudicatae.

Joannes.

EX Cænobita in *Oxia* Insula, Patriarcha *Antiochenus* creatus est, ann. 1090. Plura scripsisse fertur; Sed ejus *Ecoglas Asceticas*, ex variis Scriptorum Ecclesiasticorum *Monimentis* collectas, duasque in parteis divisas; in Prima, *de Meditatione Mortis*, & *de Extremo Judicio*: in Secunda, *de Psalmidia*, *Oratione*, & *Sacra Synaxi* pertractando, Joanni cuidam *Antiochena Patriarchæ juniori*, adjudicant Eruditi.

Nicolaus.

AD ann. 1090. Methenensis Metropolita, claruit pietate conspicuus, & Literis. Præter *Libellum de Corpore*, & *Sanguine Christi*, extant suo nomine *Tractatus* 111. *de Processione Spiritus S.* adversus Latinos, in *Cod. MSS.* apud *Vatican. Biblioth.* Sed de *Tertio* ambigitur à Peritis. potius *Nicolaum juniorem* ejus parentem agnoscentibus.

Ivo.

NAtione Gallus, domo *Bellovacensis*, ex Abbate *S. Quintini* ejusdem Urbis, in *Insulam Carnotensem* evehctus est, ann. 1092. Pro fidei zelo multa perpessus est. Tandem pro gloria Dei laboribus exantlatis, quievit in pace, ann. 1115. Plura scripsit omnigena eruditione concinnata. Expunguntur vero ab *Ivone* nostro sequentia veluti *suppositia*, & sunt: *Panormia*, Ecclesiasticorum *Decretorum Summula* quædam, *Hugopi* cuidam
Cau-

Cantaulanensi prorsus adscripta à Gerardo Mastrichtio, *Hist. Jur. Eccl.* quicquid Balutius auferat. *Chronicon* à Nino Assyriorum Rege, usque ad Ludovicum Pium Imperatorem, quod *Hugoni Monacho Floriacensi* adjudicandum volunt Eruditi.

Anselmus.

Natione *Italus*, patria *Pedamontanus*. Vir magni ingenii, & acuminis, tam divinis, quam humanioribus Disciplinis maximè excultus, clar. ann. 1093. Ex Monachatu in Cathedram *Cantuariensem* sublimatus, in gentibus Dei bonis, doctrina, & sanctitate ornatus, pro Ecclesia Dei contra *Græcos* conciliariter dimicando, maximam Sapientiæ famam adeptus est. Demum pro fide multis perfunctus laboribus, *Londini* decessit, meritis plenus, ann. 1109. Innumerabilia penè exaravit non injucunda. Præ cæteris, hæc *suppositia* exhibentur. *Liber, de mensuratione Crucis. Quedam Dicta utilia. Liber de Similitudinibus*, Eadmeri foetus. *Dialogus de Passione Domini. Elucidarium*, sive *Dialogus Summam totius Christianæ Religionis* complectens, quod, vel *Honorio Augustodunensi, ex Raynando*: vel *Gulielmo Conventrienti Carmelita*: vel *Guiberto Novigentino Abbati* tribuitur. *Liber de Vestimentis, & Membris, & Actibus Deo attributis*, inter *Hieronimi, & Augustini Monumenta* reperta. *De Imagine Mundi, Lib. II. Honorii laudati Opus. Explanations in S. Mattheum. In Evangelia aliquot. In Cantica Cantorum. In Epistolas S. Pauli, & in Apocalypsin*: Quæ cuncta, vel *Anselmo Laudensi, vel Herveo* adjudicantur. *Liber de Excellentia, & de Quatuor Virtutibus B. Mariæ, ejusque sublimitate*, quem *Eadmero* vendicat *Gabriel Gerbonnius*; omiſſis dubiis *Commentariis* apud *Bellarminum, Script. Eccles.*

Ana-

Anastasius.

Gente Syrus, patria *Antiochenus*, clar. ann. 1094. gloriofus meritis, & doctrinis. In *Cæsarea Palestina* Cathedram evectus, scripsit multa; sed Opus illud, de *Jejunio Deiparae*, quod videtur *Anastasi nostri*, apud *Cotelerium*, sub *Niconis Monachi Rehisensis* nomine legitur, in *Bibl. Reg. Cad. MMMXXVII.*

Sigebertus.

In *Brabantia Gallia* natus, Monachus *Gemblacensis*, clar. ann. 1100. Vir doctus, & Chronologus, sed minime accuratus. In sua *Chronologia* multa mentitus est, in gratiam Imperatoris, ac proinde in *Gregorium VII.* iniquior fuit. Hinc prohibetur ejusdem Opus, in *Ind. Rom. impress. 1681.*

Gilbertus Crispinus.

Gente *Normandus*, professione Monachus, tam Sacra, quam Seculari doctrina, & eruditione conspicuus, Abbas *Westmonasteriensis* factus, non pauca exaravit contra *Hebræos Dogmatica*. Præter hæc, extant in *MSS. Cod. Epistola D. Anselmi*, *Biblioth. Cottonian.* ejusdem nomine ad *Anselmum Cantuariensem* Epistola, quæ planè *Gilberto Episcopo Lunicensi* adscribenda est; quemadmodum, & *Libellus de Statu Ecclesia*, eidem adjudicatur ab *Eruditis*.
Ad ann. 1101.

Guibertus.

Gente Gallus, patria Normandus, familia illustris, & literis, professione Monachus, & Abbas S. Mariæ Novigenti, ad ann. 1101. Non pauca scripsit eruditione sacra, & civili. Inter hæc eidem abjudicatur *Sermo prolixus in illud: Sapientia vincit malitiam*, inter Bernardi Monumenta asservatus. Obiit ann. 1124.

Jacobus.

Ad ann. 1101. professione Monachus, Alexio Comnenno imperante claruit. Nonnulla exaravit. Sed *Orationem in Nativitatem SS. Domine nostre Deiparæ*, quam latinè extulit Combesius, *Auct. N. T. I. p. 1247.* Allatus eidem abjudicat, atque Jacobo Bulgarorum Archiepiscopo adscribit. Ast, num iste cum nostro confundendus, mihi hætenùs compertum non est.

Anselmus Laudunensis.

Circà ann. 1103. Vir Scholasticus, & magni nominis extitit, Literis, & pietate conspicuus. Scripsit plura. Inter dubia tamen computamus *Commentarios in Mattheum. Lectiones, sive Explanations in varia Loca Evangeliorum. Commentarii verò in Epistolas D. Pauli: in Apocalypsin, & in Cantica Canticorum*, qui, vel sub Anselmi Cantuariensis nomine editi Colon. 1612. leguntur, vel Guilielmo Parisiensi, aut Hervæo Monacho Dolensi à Criticis adjudicantur; quamvis multi *Cod. MSS.* illa nostro Laudunensi adscribant Monumenta.

Ansche-

Anſcherus.

Gente Gallus, & Abbas Censulensis, clar. ann. 1119. *Miracula* exposuit S. *Angelberti Abbatis*, Lib. 111. comprehensa, quos planè *Ariulfo* Monacho adjudicat Bollandus, *Februar. 18.* Sed *Anſcherio* nostro à Mabilonio, *Sac. Benedic. IV. P.1.* vendicatis.

Rupertus Abbas.

AD ann. 1111. professione Monachus *Benedictinus*, ac *Tuitiensis Coenobii* è Regione *Coloniae Agrippinae* creatus Abbas, qui à Spiritu S. per visionem illustratus, totam penè *Scripturam* egregio stylo exposuit, & eruditione. Plura exaravit jucunda; *Librum* verò *Sermonum*, quem Centuriatores *Magdeburgenses* eidem adscribunt; prorsùs *fictitium* ab eodem expungunt Critici cordatiores.

Bernardus Abbas.

Gente Gallus, domo *Burgundus*, sanguine Nobilis, professione Monachus, & Abbas *Clavallensis*, flor. ann. 1115. Magnarum rerum Administer, Pontificum, Regumque Præceptor, Christiani Orbis unus propè modum norma, cui Solum, & Coelum obtemperarent. Vir fuit pariter melleæ eloquentiæ, admirandæ doctrinæ, piique & sani sensus Scriptor maximus, in quo ita summa Religio, & probitas cum summa eruditione, & facundia conjuncta fuit, ut à nonnullis Apostolus XII. appellatus sit, ex *Quensted.* Penè infinita scripsit; sed non pauca *dubia, suppositia*, atque *spuria* ei

adjudicantur à Criticis, & sunt: *Tractatus de Vita solitaria*, seù *Epistola ad Fratres de Monte Dei Carthusianos*, S. Theodorici de Monte Aureo foetus. *Sermones 48. in Cantica Canticorum*, par. poster. Gilberti de Hollandia, Opus. *Vitis Mystica*, sive *Tractatus in illud: Ego sum Vitis vera*. De interiori Domo, seù de *Conscientia edificanda Liber*, qui est Tertius inter Hugonis Libros de Anima. *Meditationes piissimæ xv. in illam sententiam, Nosce te ipsum*, primus Hugonis à S. Victore Liber de Anima. De *Amore Dei*, Lib. III. Gulielmi Abbatis S. Theodorici labor. *Scala Claustralium*, seù de *Modo orandi ad fr. Gervasium Fractatus*, Guigonis Carthusiani foetus. De *Oneribus Isaia*, Ælredi Abbatis Rievallensis in Anglia, Opus; itè, & ejusdem Auctoris, *Tractatus de Pueri Jesu duodecenni. Institutio Sacerdotii*, seù de *præcipuis Mysteriis nostra Religionis*, *Tractatus. Sermones xv. de Sermone Domini in Cæna habito*, Ogerii Cistertiensis, apud Labbeum, *Elucubrations. Sermones varii de duobus Discipulis euntibus in Emmaum. De Excellentia SS. Sacramenti, in illud: Panem Angelorum. De Nativitate, & Privilegiis S. Joannis Baptista. De S. Andrea, & S. Nicolao, inter Petri Damiani Monumenta collocandi. In Parabolam de Villico iniquitatis. De B. Maria, in illud: Sapientia vincit malitiam. In Parabolam, de decem Virginibus. Sermones IV. in Salve Regina, cum suis Meditationibus. Sermones IV. de Miseria humana: de Septem gratiis, seù Donis Spiritus S. De 12. Portis Hierusalem, & in Canticum Magnificat. De Conscientia Tractatus. Liber Sententiarum. De modo bene vivendi ad Sororem. Soliloquia varia ad Deum. Formula honeste vite, Bernardi Sylvestri foetus, apud Raynaudum. Lamentatio B.V.M. Tractatus in illud: Ad quid venisti. Epistola, de Doctrina Vitæ agendæ. Octo puncta perfectionis acquirenda. Doctrina B. Bernardi. Speculum Monachorum.*

*shorum . Varia , & brevia Documenta piè vivendi . Instru-
ctio , quomodo possit Homo in bono proficere , & placere Deo .
Parabole aliquot . Liber metricus , de laudibus Virginis , sub
Casimiri nomine vulgatus . Liber de Musica .* Aliaque
apud Cave , *Sec. Wald.* De laudatis, consule *Jacob. Hom-
mejum , suppl. PP. Paris. 1684.* Obiit ann. 1153.

Anna Comnena .

Alexii Comneni Imperatoris filia, Nicephori Bryen-
nii Cæsaris Uxor , *clar. ann. 1118.* Fœmina erudi-
tissima ; Libris suis *Alexiados* , paternam *Historiam* ità
describit , atque illustrat , ut ejus ætatis , & Imperii , &
Orientis statum liquidò etiamnum conspiciamus . Hanc
Historiam Alexiadam dictam 20. *Lib.* constare , affirmant
Franciscus Patritius , alique plures cum *Joan. Bodino* ,
cùm dumtaxat xv. Græcè , & Latinè prodiderint apud
Peritiores .

Joannes Zonara .

Patria CP. ex Magno Drungario Biglæ , & Proto à
secretis . Sublatis morte repentina Uxore , & filiis,
Habitu S. *Basilii* amplexatus est , *ann. 1118.* Vir sua
ætate clarissimus , ac in condendis *Historiis* non injunc-
tus . Plurima exaravit , & maximè *Historica* . Inter ejus
Epistolas , illæ num. 56. quarum seriem , & argumenta
describit *Lambecius* , *Comment. de Bibl. Vindob. L. 4. in
Cod. MSS.* modò *Zonara* nostri , modò *Michaelis Glicæ*
sub utriusque nomine citantur . Undè inter *Dubias* eos
collocamus .

Hu-

Hugo de S. Victore.

AD ann. 1120. patria *Iprensis*, Ord. *Canonicorum Regularium S. Augustini*, de omnigena literarum eruditione optimè meritus claruit. Penè infinita exaravit, & doctè. Quæ eidem *suppositia* sunt, hæc exhibentur, nimirum: *De Claustro Anima*, Lib. iv. Hugonis de Folieto, Monachi *Corbiensis* legitimus fœtus. *De Nuptiis carnalibus, & spiritualibus*, Lib. 11. eidem de Folieto adscripti. Queniammodum, & Lib. iv. *De Proprietatibus Animalium, aliarumque Rerum*. *De Anima*, Lib. iv. Primus, & Tertius *Bernardo*, secundus *Augustino*, debentur. *De fructu Carnis, & Spiritus Liber*, cujus Styli dissonantia, Hugonem nostrum non olet. *Miscellaneorum priorum Liber unicus, Posteriorum Lib. v.* ejus Discipuli Opera. *De Caremoniis, Sacramentis, & Officiis Ecclesiasticis*, Lib. 111. Roberto Paululo Præsbytero *Ambianensi* restituti. Libri autem 24. *Excerptionum in utrumque Testamentum*, quia in nonnullis Cod. MSS. Richardi Victorini, modò Hugonis, modò Anonymi nomine leguntur, hæsitant Eruditi cuinam ex laudatis sint adjudicandi.

Willelmus.

Gente *Anglus*, patria *Somersetensis*, professione *Monachus Benedict.* ann. 1130. inter vetustissimos sui ævi Scriptores facilè Princeps extitit, judicio, fide, & maturitate. Non pauca exaravit; sed ex iis expungendi sunt Lib. 111. *de Vita S. Wlstan, Episcopi Wigorniensis*, S. Bravonio communiter adscripti. Consule antiquum Cod. MSS. *Bibl. Cottonian.*

Si-

Simeon .

Gente *Anglus*, Ord. *S. Benedicti*, Præcentor *Dunelmensis*, ac in *Accademia Oxoniensi*, Philosophia, ac Theologia clarus, flor. ann. 1130. Nonnulla scripsit *Historica*. Sed *Historiam Ecclesiæ Dunelmensis*, Turgoto *Dunelmensi* Priori restituendam esse, docet *Seldenus*, in *Dissert. hujusmodi Collect. præmiss.* ut videre est apud *Bibl. Cottonian.* in suo *Cod. MSS.*

Olaus Magnus .

Danus origine, ut creditur; De suis *Rebus Aquilonaribus*, non sic optimè meritus apud Criticos; siquidem *Commentitia* multa in iis consarcinat, atque *mendacia*. Suum Ortum, atque interitum ignoramus.

Gratianus .

Patria *Etruscus*, ex *Clusio*, Ord. *S. Benedicti* alumnus, ad ann. 1131. claruit. Vir in utraque Pagina eruditus, pietate, & literis apprimè insignis. *Canonum* concinnavit *Decretum*, ex *Thomaf. de Plag. Concordiam discordantium Canonum* vocando, cujus maximam partem ex *Isidori* quodam *Libro*, congestisse fertur. Præterea ex *Duck. de Auct. Jur. Civil.* aliqua sunt in *Decreto*, quæ *Palea* dicuntur, nullamque auctoritatem habent *Juris*, si vè fuerint *Gratiani*, si vè alterius; de quo varia tradunt *Interpretes*, easque paulatim irrepsisse in *Decreti Codicem*, paucaque in *Antiquis* reperiri.

Guil-

Guilhelmus.

Sub Bernardi disciplina Monachus *Clarevallensis*, ad ann. 1140. claruit pietate summa, & literis, Plura scripsit; exceptis *Commentariis in Cantica Canticorum*, qui sub *Antonii Democharis* nomine, inter *Ambrosii Monumenta* editi, demonstrantur.

Petrus Abailardus.

Natione *Italus*, patria *Salernitanus*, ann. 1149. Omniscius, & *Necromantia* famosus extitit, quam suis lectitavit, quaque *mirabilia* egit. Tandem propè *centenarius*, Gratia divina excitatus, combustisque *Monumentis* antè *Crucifixi* Imaginem poenitens, ipsa plaudente, sanctè expiravit.

Averroes.

A *Rabs* origine, in *Hispania* natus, clar. ann. Chr. 1150. Vir impius, atque execrabilis Auctor, apud *Erasmum*, *Ep. L. 10. Ep. 29.* Qui inter cætera, ex *Vossio*, de *Philos. Sect.* Malle se. *Animam* suam esse cum *Philosophis*, quàm cum *Christianis*, blasphemabat. Multa, ac varia composuit, præsertim *Medica*, ac *Philosophica*. *Avicennæ* æmulus, & *Aristotelis* Zelotes, adeoque hujus *Philosophi* *Commentator* dictus; sed an benè? Consule *Coel. Rhodig. L. 3. c. 2. Lect. Antiq.* Siquidem *Græcæ* literaturæ prorsus ignarus, *Aristotelis* *Libros* mutilatos potiùs, quàm *translatos* voluit; indè argumentum evidens, apud *Plethonem*, quod *Græca* *Aristotelis* *verba* *Interpretem* quandòque confodiunt.

Ri-

Richardus à S. Victore .

Gente *Scotus*, ac *S. Victoris Canonici Regularis*, clar. ann. 1150. Homo disertus juxtà ac doctus, Literis, tùm Sacris, tùm exoticis eximius. Plura scripsit eruditione multiplici. *Allegorias* verò nonnullas *Tabernaculi Veteris* passim citatas sub nomine *Doctōris incogniti*, inter *dubias* collocamus.

Petrus Lombardus .

Patria *Novariensis*, Magister *Sententiarum*, vulgò dictus, ex *Schola Parisiensi*, in ejus *Cathedram* erectus est, ann. 1159. Vir doctus, eloquio clarus, & subtilitate conspicuus. Non desunt tamen Eruditi aliquot, qui in *Opere suo Sententiarum*, maximè illum suggillant, quòd *Bandini* cujusdam *Scrinia* insigniter compilasset, De suis *Erroribus*, lege *S. Antonin. p. 4. tit. 11. c. 8.* Quod verò ejus *Ossa* apud *Lutios Calabros* in *Sepulchro Monasterii Sambucinæ*, *Ord. Cistert.* requiescant, *Lapis ille* mentitur.

Petrus Blesensis .

Gente *Gallus*, *Blesii Gallie* Urbe oriundus, *Cantuariensis* *Episcopi Cancellarius*, clar. ann. 1160 *Sacrarum*, *Secularumque Literarum*, ac *Juris Canonici* peritissimus. Non paucà exaravit; ab ejus tamen *Monumenti* exploditur *Tractatus de Amicitia Christiana*, *Cal-fiodoro* suppositus, & fortè alterius à *Blesense*, legitimus foetus.

Alexius Aristenus .

CP. Ecclesiæ Homophylax , & Æconomus , flor. ann. 1166. Sub ejus nomine circumfertur *Synopsis Canonum* , apud Christophorum Justellum , in *Bibl. Jur. Can. T. 2.* Non enim *Aristenus* noster *Synopsis* laudatam composuit , sed dumtaxat *Scholiiis* illustravit .

Petrus Comestor .

Gente *Gallus* , patria *Trecensis* , ac ejusdem Urbis *Canonius* , & *Decanus* . *Academiae Parisiensis* *Cancellarius* . Vir quidem doctissimus , & eruditionis non vulgaris . De sua *Historia Ecclesiastica* optimè meritus , clar. ann. 1170. Plura scripsit ; sed duos *Tractatus* , videlicet , *de Vita* , & *Gestis B. Virginis* , & *de Laudibus S. Joannis Evangelista* , *Petrum nostrum* non habere parentem , sed *Vincentium Bellovacensem* , ex unanimi *Criticorum* consensu , ob *Syly* similitudinem , ostendit *Jacobus Echard* . *Summ. S. Thom. ann. 1702.*

Joannes Cinnamus .

G*Racus* gente , floruit ann. 1170. Elegans in sua *Historia de Comnenis* ; sed quantò in enarrandis *Græcorum* *Gestis* ultrà modum excesserit , tanto in *Latinos* omnes parum equus , & intemperans vincitur ab *Eruditis* .

Simeon Logotheta.

Natione *Græcus*, flor. ann. 1170. Sub ejus nomine extant *Epitome Canonum*; & *Mundi Opificium*, ex *Genesi*, & *Chronicis* compilatum, apud *Casimir. Oudin. Suppl. Scrip.* quæquidem Opera videntur antiquioris ætatis.

Eusthatius.

Ad ann. 1170. gente *Græcus*, Vir in omnifaria Literarum *Encyclopedia* eruditissimus, *Archiepiscopus Thessalonicensis* creatus est, *Comnenis* in Oriente imperantibus. Scripsit multa, soluta oratione, & metro, apud *Caspium Suicerum*, *Thes. Eccl. T. 11.* in voce *Εὐστάθιος*. *Commentaria*, tam in *Homerum*, quàm *Orbis descriptionem*; & *de Ismenia*, & *Ismenis amaris*, *Lib. 6.* *Eumathio* adjudicant *Erudiri. Consul. Voss. Hist. Græc. L. 4.*

Hildegardis.

Natione *Germana*, patria *Spanheimensis*, professione *Monialis*, & *Abbatissa* *Monasterii S. Roberti* in Monte ad *Bingiam*, juxta *Rhenum* amnem. Literis, ac pietate eximia, visionibus, ac propheticis Spiritu insignis claruit, & Sanctitate plena, ann. 1170. Obiit ann. 1150. Nonnulla scripsit; *Philosophorum* verò, seu *de Rerum Natura*, *Lib. 14.* sub ejus nomine falsò eidem adscribuntur, *Hildegardis* enim *de Pinguia Monumenta* esse, *Joseph Simler.* ostendit.

Thomas .

Natione *Anglus*, Monachus *Elyensis*, flor. ann. 1170. pietate redimitus, & eruditione exotica plenus. Plura exaravit, potissimum de *Elyensis Insula Historia*, in tres Libros distributa, ut ex *Cod. Cottinian.* apud Warthon. non pauca dixit. *Librum* autem 111. quia Author ex *Richardi Historia* desumpsisse dicitur, ab eodem expungi judicamus.

Joannes Sarisberiensis .

Gente *Anglus*, domo *Wiltunensis*, Carnotensis Episcopus, clar. ann. 1172. Vir græcè, latinèque doctissimus. De suo *Polycratico*, & *Epistolis*, egregiè meritus. Sed non pauca ex *Apulejo* compilasse fertur, apud *Colvium* in *Not. ad Lib. de Dogmat. Plat.* Hinc *Cornicula Æsopica* vocatus fuit à *Donsa*, apud *Thom. de Plag.*

Theodorus Balsamon .

Gente *Græcus* Schismaticus, & Patriarcha *Antiochenus*, clar. ann. 1180. JC. celebris extitit. Plura scripsit erroribus non paucis defœdata, præcipuè contrà *Ecclesiam Latinam*; ideoque ejus *Scholia*, *Commentariaque* cautè legenda sunt. Ex *Actis Sylvestri Papæ*, sub *Eusebii Casariensis* nomine falsò græcè scriptis edidit *Edictum Constantini*, de *Donatione*, non ut rem gratam faceret *Romane Ecclesiæ*, sed ut CP. Patriarchatum ostenderet antiquissimum, ex *Baronio*, ad ann. 1191.

Gal-

Galfridus.

Aliis *Gualterus*, origine *Normannus*. Vir, tam soluta, quam metrica oratione conspicuus, nec sine summi honoris præfatione nominandus. Claruit ann. 1199. Plura scripsit, & doctè. De sua verò *Historia*, sive *Itinerario Richardi Anglorum Regis in Terram Sanctam*, dubium longè magnum fuit apud Peritos, si laudati foetus parens extiterit, modò *Richardo Canonico*, vel *Richardo Divisensi*, vel *Roberto Monacho* adjudicato, apud *Collect. Wichel. gest. Dei per Franc. &c.* quicquid dicat Editor *Oxonienfis*. Non ambigimus tamen *Opus* inter *dubia* collocare.

Saxo Grammaticus.

Gente *Cymbricus*, Nobilis genere, & literis, Scriptor splendidus, & magnificus, apud *Erasmum*, *Cic. Flor.* ad ann. 1199. Monumenta plurima *Historica* elucubravit stylo eloquenti, variis *Edit. & Not.* illustrata; sed undique commentitius, & mendax censetur à *Goropio Becano*. Obiit ann. 1204.

Rogerus Hovedennus.

Gente *Anglus*, patria *Eboracensis*, Sanguinis nobilitate, literarumque præstantia celebris, claruit ann. 1199. Scripsit *Annales Anglorum*; sed *Scrinia Simeonis*, suppresso nomine avidè compilavit, ex *Lelando*, *Comment. in Cyn. Cantic.* ac *de Viris Script. Anglic.* Quod postea (ut refert) *Cælestinus III.* coronam è capite *Henrici V.* Imperatoris pede in terram projecerit, inverisimilè, putatur à *Natali*, *Hist. Eccl.*

Gu-

Guilielmus Nembrigenfis.

Anglus, domo Eboracensis, Instituto Canonicus Regularis S. Augustini, clar. ann. 1200. Scripsit *Historiam de Gestis Anglorum*; stylo nitidus, nec antiquitatum ignarus; sed malè visus à Balao, & Lelando, ipsum vafri, & astuti ingenii Virum, ambitiosum, Magnatum adulatorem vocantibus; ac proindè iis *de veritate in Historicis Narrationibus*, non parum suspectum.

Joachimus Abbas.

Natione Calaber, primus Abbas Cœnobii Florentis, atque indè ejusdem Congregationis *Institutor* extitit, ad ann. 1201. Vir ingenii sublimitate, judicii excellentia, memoriæque felicitate eximia, & intelligentiæ, suo ævo nulli secundus. Plura admiranda exaravit. Præter eidem adscripta Monumenta, *Liber* ille, adversus quamdam *Petri Lombardi* opinionem, in Synodo Lateranensi IV. sub *Innoc. III.* damnatus est. Quæ verò sub ejus nomine circumferuntur *de Rom. Pontif. Vaticinia*, Eruditorum judicio remittimus, quamam scilicet fide expendenda sint. Sanctissimè tandem obiit, ann. 1215. Vid. nostram *Pantopolog. Calabr.*

Guilielmus.

Gente Gallus, in Parisiensi Accademia S. Theol. Professor, ac Episcopus Antisiodorensis, clar. ann. 1206. Scripsit in IV. Lib. *Sententiarum Commentarium*, in quo Sententia quædam singularis, *de Justificatione* sugillatur à Criticis, quam Possévinus, *Appar. Sacr. T. I.* illi Mo-

Monumento ab aliis infertam esse propugnat .

Franciscus Assisnates .

AD ann. 1208. natione *Italus*, *Assisi* in *Umbria* habuit natalem . *Minorum Ordinis* Institutor, *Paupertatis Evangelicæ* cultor extitit, & exemplar . Decessit in Domini osculo, ann. 1226. ac SS. Factis adscriptus . Plura exaravit *Ascetica* , & pietate exornata . Multa verò *Spuria* ex Collectis *Francisci* Operibus à *Joanne de la Hays*, *Parif.* 1641. eidem abjudicantur ; sed potissimum *Sermones* vi. *Rationes* totidem, quare *Deus Religionem Minorum sua concesserit Ecclesia* . Et *Opusculum* x. *perfectionum Viri Religiosi* , & *Christiani* . Consule *Wadingum* ., *Ann. Min.* T. 1.

Alexander Neckam .

Natione *Anglus*, professione *Augustini* *Canonieus Regularis* . Vir de re literaria bene meritissimus, clar. ann. 1215. Plura scripsit , doctrina, & acumine satis referta . Sed *Elucidarium Bibliotheca*, apud *Baleum*, minimè ad *Alexandrum* pertinere , sanè demonstrant *Bibl. Colleg. Gonvil. & Caii Cantabrig.* ne dum , quia absque laudati Auctoris nomine , sed *charactere* prorsus antiquiori .

Franciscus Accursius .

Domo *Florentinus* , JC. insignis, magna auctoritate apud *Interpretes Juris* , clar. ann. 1223. Scripsit *Glossas in Pandectas, Novellas, & Codicem* ; sed in iis magna deliria confarcinavit, ex *Joann. Bernart. de Util. Leg. Hist.* L. 2. illum somniantem dicente . Et ex *Coring. de Ci*

Civil. Prud. c. 3. ridiculus exponitur, dum ad cognoscenda *Divina*, nil opus esse *Theologia* studio, sola *Rom. Lege* sufficiente, putavit.

Eldad Danita.

Scriptor *Hebraeus* flor. ann. 1225. Fabulator, & mendax in suo *Regno Judaico*, intrà *Ætiopiam* nunc sito, ac *Sabbathio* Flumine, latit. 300. cubitorum, non aquam, sed arenam, tonitrua, lapides (excepto *Sabbatho*) jaculante, circumdato; hebraicæ Coronæ *Sceptrum*, divitiis, militumque numero, robore, ac magnitudine, contrà oculatam, recentemque *Geographiam*, fabulosè depingit. Legatur *Benettell.* in suis *Jonat. Sagyt.* p. 174.

Germanus II.

Apud *Anaplum*, in *Propontide* natus est. Ex *Monachatus* Instituto, in *CP.* Sedem evectus, ab ea indè depositus, iterumque ad ann. 1254. restitutus fuit. Plura scripsit, nec sua eruditione denudata. Sed illæ *Orationes* 111. in *Encomium, Nativitatem, & Dormitionem B. Mariæ V.* eidem abjudicantur à Criticis. Sanè obstant *Cod. antiquissimi*, Stylicæ dissonantia; adeòque verisimiliùs, *Georgio Nicomediensi*, seù *Chartophilaci* adscribendæ, ex *Allatio, Diatrib. de Georg.* p. 313.

Conradus Lauterbergius.

Gente *Italus*, *Montis Sereni* Monachus, flor. ann. 1225. *Chronicon Montis Sereni* editum sine Authoris nomine à *Joanne Madero Helm.* 1665. *Conrado* nostro, præ cæteris, *Vossius* abjudicat, *Hist. Lat. L. 3.*

Guliel-

Gulielmus alter.

Natione Gallus, domo Arvernus, Parisiensis Episcopus, clar. ann. 1228. Vir fuit omni doctrinarum genere, atque omnigena eruditione mirabiliter excultus, atque pietate. Non pauca exaravit *Monumenta*; & Gulielmo nostro tamen expungunt Critici *Dialogum de VII. Sacramentis*, atque Gulielmo juniori, Ord. *Predicatorum* restituunt, ex Raynaudo, *de bon. & mal. Lib. Erotem. x. p. 141.* ob Styli dissonantiam, Gulielmo nostro prorsus indignam. Quemadmodum, & inter dubia est collocandum *Commentarium in S. Matth. Evangelium*, quod inter Opera *Anselmi* communiter legitur in *Edit. Colon.* quicquid asserat Oudin. *Script. Eccl.*

Alexander de Hales.

Gente Anglus, domo Glocestriensis, professione *Minorita*, ac Doctor Irrefragabilis nominatus. Vir extitit ingenio, & doctrina maximus. *Ad ann. 1230.* Plura scripsit, in utraque Eruditione conspicuus. Eidem nihilominus abjudicantur à Criticis *Questiones, seu Commentaria in 4. Lib. Sentent.* cum non scripserit *Alexander*, nisi *Summam Theologiae*, ut referunt ex non paucis *Cod. MSS.* Periti recentiores. Inter dubia pariter reponunt Monumentum illud, *Destructorium Vitiiorum* dictum, quod sub nomine cujusdam *Fabri lignarii filii* circumfertur; nisi fortè ob humilitatem *Author* nomen suum latere concupierit.

Matthæus Paris.

Gente *Anglus*, Instituto *Benedictinus*. Vir iudicii exasciati, & veritatis historicae hyperaspistes, si quis alius. Claruit ann. 1240. Plura scripsit *Historica*. *Historiam majorem Rerum Anglicarum*, à *Gulielmi conquestoris adventu*, ad ann. 43. *Henric. III. Angliæ Regis*, idest ab ann. *Chr. 1066. ad ann. 1259.* exaravit, cujus partem principem ex *Rogerii de Wendavè Chronico* verbatim pensè descripsit. Eiusdem verò *Appendicem*, ab ann. 1260. ad 1273. ad *Historiæ calcem*, *Gulielmo Rishangero*, *S. Albani Monacho* adjudicari, consentiunt unanimiter *Eruditi*.

Vincentius Bellovacensis.

Natione *Gallus*, patria *Burgundus*, professione *Dominicanus*. *Bellovacensis* dictus, quia eiusdem *Conventus* alumnus, flor. ann. 1244. De suo *Speculo Historiali* optimè visus. Scias tamen velim, quod juxtà communem *Eruditorum* opinionem, laudatum *Opus in 4. partes* distributum voluere antè *Jacobi Eckhard* ætatem Periti, quam in *Summa D. Thomæ* vindicatam, pervulgatamque ipse *Auctor* expiosit, propugnando, in tres dumtaxat *Partes*, scilicet in *Naturale, Doctrinale, & Historiale*, *Spèculum* prædictum, esse dividendum; adeòque *4. partem*, *Moralem* nimirum, veluti *spuriam*, *Vincentio* nostro fore abjudicandam.

Hugo de S. Caro.

Gente *Gallus*, ex *Barcinoneta Delphinatus* Oppido, *Ord. Prædicatorum*, ann. 1242. claruit, gloriosus literis,

teris, & pietate . Ab *Innoc. IV.* in Cardinalium Coetum cooptatus, Seculum illustravit Legationibus Apostolicis, & *Monumentis* . Plura scripsit, sed *Commentarium in Psalmos*, Alexandro Halensi adjudicant Eruditi . Confrat. de Gravison. *Ecccl. Hist. T. v.*

Gulielmus de S. Amore .

Burgundia Comitatu oriundus, *Parisiensis* Doctor, ac adversus *Mendicantium* Ordines, acerrimus Oppugnator . Claruit *ann. 1253*. Plura exaravit calami libertate, & audacia; quapropter inter alia, *Opus de periculis novissimorum temporum, adversus Mendicantes Ordines*, ab Alexandro IV. 1256. damnatum fuit.

Humbertus de Romanis .

Gente Burgundus, Instituto *Dominicanus*, ac ejusdem Ordinis ad tempus Generalis Magister, claruit literis conspicuus, & exemplis, *ann. 1254*. Nonnulla composuit . Inter hæc, Opus illud, *Vite Fratrum*, dictum, editumque *Lugduni*, 1585. *Ingelstad*, 1591. non quidem, Humberto nostro, sed *Gerardo Frachese*, Lemovicensi, ascribitur ab Eruditis .

Petrus Crescentius .

Natione *Erruscus*, claruit *Caroli II. Andagavensis* utriusque *Sicilie* Regis tempestate, ad *ann. 1254*. Varia transtulit de *Rebus Geoponicis*, latine præ cæteris à *Burguntio Pisano* traductis, quæ verbatim in suo 4. *Lib. à T. Geoponicarum*, *Crescentius* excerptis, apud Eruditos

Thomas Aquinas .

EX Illustri Comitum *Aquini* Prosapia in finibus *Campania* ortus, verè Theologorum *Aquila*, ac *Doctor Angelicus*, vitæ puritate, doctrinæque excellentia extitit. Ad ann. 1255. Ordinem *S. Dominici* ingressus, Vir, non suo dumtaxat seculo *Magnus* evasit, sed Theologorum, Philosophorumque omnium (*ex Sixto Senensi*) quos in hanc usque diem Scholasticorum *Accademia* protulit, sine ulla controversia, *Princeps* veneratus est. Meritis tandem onustus, literis, & sanctitate, obdormivit in Domino in Cœnobio *Fossa nova*, non procul à *Tarracina*, ann. 1274. Infinita penè scripsit, omnigena eruditione exornata, metro, & prosa. Quæ verò *suppositia*, vel *dubia* eidem adjudicantur, hæc exhibentur à Criticis, videlicet: *Expositio in Threnos Hieremia*. *Expositio in Hieremiam Prophetam*. *Expositio in Isaiam Prophetam*; quæ totæ tres *Thomæ Anglici* adscribuntur. *Expositio in Evangelium S. Matthæi*, *Petri Scaligeri*, ejusdem Ordinis, *Veronensis Antistitis Monumentum*. *Compendium Theologie ad Reginaldum fratrem*, *Ulrici de Argentina* factus. *De Regimine Principum*, *Lib. IV.* quos suspectos habet *Bellarminus*. De reliquis ejus *Operibus*, potissimum, quo ad *Commentaria in Pentateuchum*, non parum hæsitant *Eruditi* aliquot, nùm *Thomæ Aquinatis*, vel *Anglici* extiterint *Monimenta*.

Bonaventura .

Gente *Italus*, *Balneoregii* in *Tuscia* ortum habuit. Ad ann. 1255. Ord. *Minorum* *Generalis Minister*, & *Seraphicus Doctor*; *Albanensis Antistes*, ac *S.R.E. Cardinalis*

nalis amplissimus extitit. Vir, innocentia vitæ, morumque integritate, ac literarum excellentia, maximè illustris, atque pietate. Obiit *Eugduni*, ante *Concilii* terminum, honorificentissimo funere tumulatus. Pendè innummerabilia exaravit, perspicuitate, & pietate redimita. *De Libello dumtaxat Collationum ad Fratres Tolosat.* ambigitur ab Eruditis, an verè *Bonaventura* foetus extiterit. Vide *Wading*.

Arnoldus de Villanova.

Hic, quem *Hispani*, & *Galli* concivem volunt, claruit *ann. 1260.* omnium quasi linguarum peritia eruditus, magnum nomen in Orbe literaria acquisivit. *Medicinam* docuit, sed variis deliramentis *Rabbinorum*, & *Alchimisfarum* addictus fuit. Varia Monumenta composuit superstitionibus plena. Præ cæteris ignominia notatus ab Inquisitoribus, quod ex humano *Semine* in Vase quodam incluso, ac medicaminibus aliquis roborato, *homunculum* efformarit, ex *Mariana*, & aliis. Hinc ejus Monumenta proscripta in *Ind. Trid.*

Albertus Magnus.

Natione *Germanus*, patria *Suevus*, Prosapia nobilis, Instituto *Dominicanus*, Dignitate *Episcopus Ratisbonensis* ad *Danubium*, gloriosissimè flor. *ann. 1260.* pietate, & doctrina celeberrimus. Vir admirandæ eruditionis insumel & sanctitatis. *Magnus* re, & nomine, scientiarum multitudine, & reconditarum rerum profunditate, magnitudineque mirificus. Pendè infinita scripsit; sed duo illi *Libri*, ex *Bellarmino*, *Script. Eccles.* Unus, de *Mirabilibus*, & Alter de *Secretis Mulierum*, indigni sunt, ut

ut tanto *Viro* adscribantur. Similiter de *Laudibus B. V. Lib. xi*. emunctæ naris Critici, Alberto nostro abjudicant, & *Richardo à S. Laurentio*, Pœnitentiario Rothomagensi adscribunt. Sanctè obiit, ann. 1280.

Siffridus Misnensis.

DE suo *Chronico*, *Lib. 2.* ann. 1276. non ità benè meritus apud Eruditos; in quo præ cæteris, calumniosè nimis contrà *Joannem XXI.* quem à suo cubiculo oppressum scripsit, eo quia adversùs Orthodoxam fidem calamum acuisset.

Bonaventura Brocardus.

AD ann. 1263. natione Germanus, domo Argentoratensis, Instituto Ord. Prædicatorum, Literarum minimè ignarus extitit. *Descriptionem Terra Sanctæ* exaravit, quam *Burchardus de Monte Sion* edidit, apud *Canisium*, *Antiq. Lect. T. vi.* Hùm iste confundendus cum *Brocardo* nostro, mihi non liquet.

Clemens IV.

ANteà *Guido Grossus*, gente Gallus, Francorum Regis Consiliarius, dein Episcopus *Podiensis*; ac demùm ex Archipræsolatu *Harbonensi*, Cardinalis, ac *Sabinensis* Antistes creatus est, ann. 1265. Post *Urbani* Obitum, in Summ. Pontificatus apicem sublimatus, carni, & sanguini non acquievit; sed Pater dum taxat pauperum enituit, ac pro Ecclesiæ sibi commissæ vigilantia, & sollicitudine plurimum elaboravit. Obiit *Viterbii*, ann. 1268. clarus maritis, & exemplis mirificus.

Plu-

Plura scripsit, & doctè. Sed ingentia illa Monumenta Juridicalia, Clementi nostro abjudicant Critici, *Guidoni*, cognomento *Pape*, Delphinati Consuli abijdem adscripta, ac proindè recentioris ætatis, ad ann. 1483.

Gulielmus Peraldus.

Gente *Gallus*, Provincia *Viennensi* oriundus, *Dominicanus*, ac indi *Lugdunensis* Antistes, vel Suffraganeus, ex *Ambrosi. Altamur*. Literis præditus, & pietate claruit. Pauca exaravit. *Sermones* verò de *Tempore*, & de *Sanctis*, *Gulielmo Parisiani* adjudicant Eruditi.

Martinus Polonus.

Instituto *Dominicanus*, & Archiepiscopus *Gnesnensis*, ad ann. 1277. Scripsit suum vulgatum *Chronicon*; Sed *Fabula* eidem insertæ de *Joanna Papissa*, perperàm *Martinum* nostrum valent ostentare parentem aliquot *Scioli*, eùm manu adulterina *Chronico* laudato eam assutam fuisse, cuncti clamant *MS. Cod. antiquiores*:

Joannes Peckamus.

Gente *Anglus*, Instituto *Franciscanus*, dignitate *Cannariensis* Antistes, ann. 1276. claruit locuples valdè, & literis, & sumptibus, quibus & suos, & Ecclesiam maximoperè ditavit. Plura scripsit; sed de ejus *Tractatu*, nimirum de *Mystica Interpretatione Numerorum in S. Scriptura*, ambigitur ab Eruditis, cum in *Cod. Lincolnens.* de eodem altum silentium habeatur; nec à suis *Sinchronis* unquam recensitus.

Ro-

Rogerus Baconus .

N Atione *Anglus*, patria *Sormofatensis*, Ord. *Minorum* Doctor *Mirabilis* vulgò nominatus, ann. 1278. claruit. Vir fuit præstantissimus in omnigena literarum Scientia, & in reconditis *Monimentis* ad miraculum usque eruditus; propter quæ damnatus, Carceri mancipandus traditur per *Esculum* Ord. *Minoritarum Hierarcham*. Decessit ann. 1294. ærumnis locuples, & doctrinis. Plura, & exotica nimis concinnavit. *Suppositia* eidem abindican- tur à Peritis, sequentia: *Liber de Fluxu, & Refluxu Ma- ris Britannici*, Gualtero Burlejo adscriptus. *Liber de uti- litate Astronomie*, Gulielmi Botoneri foetus. *Rogerina major, & minor*, Anonymi cujusdam Authoris Opus. *Tractatus super Psalterium*; & *Vita S. Edmundi Archiepi- scopi Cantuariensis*, Roberto Baconio adjudicata; cui pa- riter *Synkategoremata* tributa sunt. *Tractatus de Magne- te*, Petri Peregrini Monumentum. An fuerit *Nitrati pulveris*, ac *Bellicorum tormentorum Inventor*, vid. infrà *V. Olavus Porrichius*, p. 105.

Joannes de Parisiis .

A D ann. 1290. Ord. *Prædicatorum*, Teologus Pari- siensis; de *Bonifacio VIII.* non sic optimè meritus, quemadmodum de *Philippo Putschro*, Francorum Rege, cujus contrà primum causam suscepit, & patrocini- um. Plura scripsit acumine referta, sed non cuncta secundum scientiam; & potissimum de *SS. Eucharistia Sacramento*. Inter cetera ejus *Monimenta*, *Correctorium Doctrinae S. Thoma*, Ægidio Columnæ tribuitur, sicque suo nomine editum legitur *Venet. 1501. & Colon. 1614. 8.*

Ægi-

Ægidius de Columna.

PArtia Romanus, Familia Columnensium illustris, Ord. S. Augustini Prior Generalis, ac *Fundamentalis* Doctor nuncupatus, clar. ann. 1296. Ejus literatum fama per Orbem diffusa, satagente *Philippo Pulchro*, Francorum Rege, cujus Præceptor fuerat, in Archiepiscopatum Bituricensis, & Aquitanie Primatem à Bonifacio VIII. renuntiatus fuit. In Cardinalitiam adhuc *Purpuram* inauguratus, nisi Papæ, obitus obstitisset. Tandem meritis onustus, *Avenione* decessit, ann. 1316. Penè innumerabilia exaravit; *Opusculum* autem in *Orationem Dominicam*, & *Salutationem Angelicam*; & *de Corpore Christi Tractatum*, non esse certò *Ægidii* nostri *Monumenta*, docet *Bellarminus*, de *Script. Eccl.*

Joan. Duns Scotus.

AD ann. 1301. inter *Minoritas* Theologorum Princeps, ingeniique acumine Unicus, & solus. In *Dialectica*, & *Scolastica* Theologia doctissimus, *Subtilis* Doctoris Titulum promeruit, novamque *Scotistarum* condidit *Accademiam*. *Homero* felicior, quia de nostro *Scoto*, non *Urbes* tantum, sed *Regna* contendunt, ut suum facerent, *Anglia*, *Hibernia*, *Scotia*, *Gallia*, & *Italia*, si fides *Thom. Lauso*, in *Orat. pro Britann.* p. 471. tribuenda foret. Sed tandem *Apoplexia* correptus, bis obiit, ut dicitur, ann. 1308. Innumera ferè sui *Ingenii Monumenta* reliquit. Quæ verò eidem supposita, vel saltem dubia adjudicantur, sunt: *Commentaria in VIII. Lib. Physicorum Aristotelis*, apud *Wading. Meteorologicarum Lib. IV.* in quibus citatur *Thomas Bradwardinus*,

L I

nus,

nus , Scoto prorsus recentior .

Theodorus Metochita.

Gente Græcus , Magnus Dromi Logotheta , ac *Andronici* Imperatoris affinitate conspicuus, clar. ann. 1301. Viva Literarum *Bibliotheca* dictus . Plura scripsit omnigena eruditione . *Compendium* verò *Historia Romana*, à Julio Cæsare usque ad Constantinum M., *Theodoro* nostro abjudicat. *Theophilus Raynaudus*, *de bon. & mal. Lib. p. 156.* propugnando idem esse cum *Historia Glyca*, *Annal. Lib. Legatur Verso* ejusdem , unà cum *Not. Joan. Maurfi Græc. Latin.* Lugdun. Batav. ann. 1618.4.

Raymundus Lullus.

AD ann. 1301. Natione Hispanus , patria Majoricensis , Nobilique *Barcinonensium* Stirpe ortus , *Seculo XIV.* clarus . Sive *Eremita* Instituto , sive *Minoritanus* extitisset , longè contenditur ab Eruditis . Verè *Prophæus* ingenio , ex *Mich. Majer. Symb. aur. mens. L. 9. p. 405.* *Dædalus* arte , & *Polycletus* norma iudicii . Plura , quàm quatuor Voluminum millia composuisse dicitur , omnigena eruditione exornata , ac recondita scientia redimita , & admiranda , ex *Coning. in Biblioth. Rabini* dicebant , ei tantam Sapientiam contigisse , quantam Deus *Salomoni* concesserat . Apud Cives suos *Majoricanos* , tanta est ejus æstimatio , ut *Philosophia Lulliana* , ibi magno stipendio , loco *Aristotelica* doceatur . Condidit peculiarem *Sectam* , quæ *Lullistarum* dicitur . *Eimericus* memorat , *Lullum* de plusquam 300. erroribus , apud *Gregorium XI.* fuisse accusatum ; & *Bernardus à Lutsemburgo* , in *Catalogo Hæreticorum* , cum collocat . Contrà alii,

alii, ipsum vehementur defendunt, & tanquam *Martyrem*, & *Sanctum* extollunt. Legantur Pope Blount, *Cens. Celebr. Auct.* & Kircherius, in suo *Mund. Subterr.* Inter innumerabilia penè *Monumenta* scripta, vel edita, apud Cave, *Sec. Wiclef.* & Wading. Hoc dumtaxat *Opus* à *Raymundo* nostro expungunt Eruditi, nimirum *Librum de invocatione Damonum*, & *Raymundum Neophitoad-* scribunt.

Dantes Aligerius.

Gente *Italus*, patria *Florentinus*, sanguinis Nobilitate, & *Literarum* perspicuitate clarissimus, flor. ann. 1301. Liberalibus Artibus in Patria legitimè eruditus, *Poetica* deditus ab ipsa pueritia fuit. Scripsit præ ceteris Opusculum *de Monarchia*, ubi ejus fuit opinio, quod *Imperium ab Ecclesia minimè dependeret*. Cujus rei gratia tamquam *Hæreticus* post ejus exitum damnatus est; cùm aliorum, tùm *Bartholi* Jurisperiti sententia, ex *Volaterran. Anthropolog* Ravennas exul à propriis Laribus, fatalem obiit diem ann. 1321. ætat. 56. De aliis ejusdem *Monimentis* judicent Peritiores, sed potissimum, de sua *Comedia*.

Edmundus de Hadeubam.

Anglus, *Roffensis Cænobii* in *Cantiano Agro* Monachus, clar. ann. 1307. *Annales*, ab Orbe condito, usque ad ann. Chr. 1307. ab eodem compilati, quia à *Wlgata Historia Matthæi Westmonasteriensis*, minimè discriminantur, ambigitur, nàm alter alterum excerserit.

Petrus Joannis.

I Talus gente, ut creditur, clar. ann. 1307. Plura scripsi absurda, interquæ: *Christum* in Cruce adhuc *viventem* fuisse lancea vulneratum, contra *Evang. Joann. c. 19.* Secundum alios, *Biranensis Dioecel.* ann. 1199.

Antonius Andreas.

A D ann. 1308. Natione *Hispanus*, patria *Aragonensis*, Doctor *dulciflums* nuncupatus à suis, in Ordine *Minoritarum* Alumnus extitit. Plura scripsit *Scholastica*, & *Dogmatica*. *Questiones* verò super XIII. *Lib. Metaph.* *Parif.* 1495. & *Venet.* 1513. *Scoto* vulgò tribuuntur.

Heruæus Natalis.

G Ente *Brito Armoricus*, Doctor *Parisiensis*, Ord. *FF. Prædicatorum* Generalis Magister, flor. conspicuus literis, & gubernio, ann. 1312. Plura scripsit *Scholastica*, & *Dogmatica*. *Commentarium* verò in *Epistolas D. Pauli*, qui dudum sub *Anselmi* nomine circumferebatur, *Heruæo* nostro abjudicant Eruditi, ac jure *Heruæo Dolensi* restituant.

Odoricus de Portuano.

N Atione *Italus*, apud *Forum Julium*, Ord. *Minorum*, literis conspicuus, & peregrinatione, flor. ann. 1320. Præter cetera suæ *Peregrinationis* Monumenta, *Chronicam Compendiosam* à Mundi exordio, ad finem *sermè Pontificatus Joannis XII.* composuisse dicitur, apud

apud Wading. *Bibl. Ord. Min.* Verum inditiis ex ipso Opera aucupatis, prout in *Biblioth. Collert. Cod. 5496.* perlargerat *Balutius*, Odoricum nostrum illius minimè esse parentem perspicuè deprehendit. Utini decessit, ann. 1331.

Ciccus Asculanus.

M *Athesi, & Astrologia* celebris, *Roberto* regnante elaruit. Plura scripsit, nec cunctis Consona: Quia *Joanna* Caroli filia fata prædixerat, criminibus insimulatus, extremo ignis supplicio excessit. Quem iniqua morte multarum, *Bonfinius*, & *Jovius* censuere. *Hist. Unnor. L. 9. & in Elog. Anno 1327.*

Marfilius de Menandrino.

A *D ann. 1324. Domo Patavinus*, Ludovici Bavari Imperatoris Consiliarius. Vir potiùs *politicus*, quam Christianus extitisse dicitur, dum pestiferum Monumentum *de Jurisdictione Imperiali, & Pontificia* consarcinando, hoc titulo: *Defensor pacis*, gravissimos errores, contrà *Rom. Sedem* respersit; hinc à *Joanne XXII.* inter proscripta reprobatum.

Gulielmus Ockam.

G *Ente Anglus, Ord. Minorum*, clar. ann. 1330. Doctor *invincibilis* dictus, ac *Nominalium Sectæ* Institutor, sive Restaurator. *De Pontificia Potestate* nil optimè meritus. Scripsit plurima, sed non pauca erroribus respersa; præ ceteris, ut ait *Bellarminus*, *Script. Eccl. Opus nonaginta dierum, & Dialogus cum aliis*, adversus

versus *Joannem XXII.* inter reprobata *in Jud. Lib. prohib.* objectantur.

Joannes Caleca.

Thrax gente, patria *Aprensus*, ex Præsbytero *Byzantino*, ac Imperatoris *Andronici* *Aulæ* *Domestico*, ad *CP.* Sedem evectus est, *ann.* 1331. Non pauca exaravit. Sed inter *Homilias* 36. *in Evangelia Dominicalia*; *Septima* sub *Philothei* nomine à *Gretsero* edita *de Cruce* *T. 2. p. 1477.* conspicitur; Undè an idem cum aliis adscribenda sit, ambigitur ab *Eruditis*.

Nilus Cambasilas.

Natione *Græcus*, *Archiepiscopus Theſſalonicenſis*, ad *ann.* 1340. *Latinorum* exstitit acerrimus *Oppugnator*. Inter varia ejus *Monumenta*, adest *Opus de Igne Purgatorio*, cum *Opere de Primatu Papæ*, græcè latinè editum; quod quidem potius *Marco Ephesino*, quàm *Nilo* videtur adjudicandum.

Guilielmus Cornelii.

Brabantinus, *flor. ann.* 1340. Non pauca scripsit *eronea*. Inter cætera, docuit, *ſolam Paupertatem* eſſe ſufficientem ad omnia peccata delenda. *Damnatus in Conc. Conſtantiæ.*

Robertus Holkot.

Natione *Anglus*, *Doctör Oxoniensis*, *Ord. Prædicatorum*, *clarus literis* *flor. ann.* 1340. *peſte necatus* de-

decessit, ann. 1349. Plura leguntur ejus ingenii eruditissimi Monumenta ; sed *Lectiones 213. in Lib. Sapientia Salomonis*, Venet. 1509. 1586. fol. ac in edit. *Spira* 1483. & *Rautblinga*, 1489. Reginaldo potiùs *de Alma Cisteriensi* adjudicantur à Criticis. Item & *Commentarium in Proverbia Salomonis*, Thomæ Gualensi, Parisiis, 1515. adscribendum volunt Eruditi aliquot.

Henricus de Frimaria.

Germanus gente, domo *Thuringus*, Instituto *Augustinianus*, & Doctor *Parisiensis*, flor. ann. 1340. clarus literis, & sanctitate. Plura exaravit; sed præ ceteris *Præceptorium*, sub Nicolai Lyrani nomine sapiùs editum, eidem *Lyrano* adscribendum fore, prætendunt Eruditi.

Christodulus.

Nomen planè fictitium, cui *Historia: verum ab Andronicis duobus Imperatoribus gestarum*, ab anno 1320. ad ann. 1357. *Lib. IV.* comprehensa substituitur *Monimentum* profectò adjudicandum *Joanni Catacuzeno Imperatori*, qui ex *Card. Bena, Nor. Anth. Lib. de Divin. Psal. præmiss.* eximius Historicus dicitur, sed rerum suarum nimium *Jactator*. (fictionis certa ratio) obduxit quippè *Nomen*, nè in proprias laudes excurrere, prorsùs erubesceret.

Joannes Villani.

Patria *Florentinus*, in *Historia* conspicuus, ac stylo non pedestri redimitus. Plura scripsit; sed *Mahometi*

meti Vitam, suo nomine *Typ. Florent.* datam, ann. 1587. variis quibuslibet, fabulisque plenam, non sine Authoris *Nota*, legunt Eruditi. Peste periit, ann. 1348.

Franciscus Petrarca.

A Retii in Tuscia, ex *Florentinis* parentibus ortus, clar. ad ann. 1350. Archidiaconus *Parmensis*, tùm Cathedralis Ecclesiæ *Patavine* Canonicus fuit. Vir undequaque doctissimus, ex *Sixto Senensi*, Phæbi neciar, *Musarum Corculum*, *priscæ eruditionis decus*, *Literarum delictum*, omniumque *Sæculorum memoria dignus*; qui ob egregiam, *latini Carminis* laudem, in *Capitolio Romano*, *Lauream Coronam*, publico totius *Italiae* favore est consecutus. Tandem *Musarum* ejulatu, apoplexia correptus obiit, ann. 1374. Penè innumerabilia concinnavit, soluta, & metrica oratione. *De Remediis* tamen *utriusque Fortune* Lib. 11. antequam expurgentur, prohibentur in *Rom. Indit. Lugd.* 1557.8.

Joannes Boccacius.

A *Dann.* 1350. Patria *Florentinus* de Certaldo, Vir maxima eruditione, sacra, & prophana enituit. *Multa Monimenta* reliquit; sed *Genealogiam Deorum*, magnæ eruditionis Opus, ex alio transcriptam esse, docet *Koning. in Biblioth.* Magni inter ejus Compositiones momenti est *Decameron*, quod, nedum *Italia* tota, sed *Orbis*, variis *linguis*, editionibusque cum applausu accipere; acriori tamen *censura* notatum fuit, quod profectò nimis licentè, & in *Monachos* satyricè nimis, inveheretur. *Ob.* 1375.

Bar-

dei, totaliter *Græca* opposita *Confessioni*; de qua Eruditi hinc indè hæsitant, an genuinus, vel suppositus *Paleologi* factus extiterit. De ejus quoque *Epistola* ad Patriarcham *Alexandria* directa, apud *Vatican. Biblioth.* idem est Criticorum judicium, Joanni *juniori* potiùs, qui sequenti Seculo Sceptum tenuit, illam adjudicando.

Joannes Vviclefus.

Gente *Anglus Oxoniensis*, ex *Valdensium* sentina putidum Monstrum, atque deforme. *Hypochrisia*, & ambitione nulli secundus. Literis, & impietate, sui ævi extitit primus. *Ad. ann.* 1360. Propter Episcopatum *Vigoriensem* eidem non collatum, contra Ecclesiam, & suos, amarum virus evomit, ut *Sacramenta*, *Vota*, *Papam*, *Subditorum Obedientiam*, cunctaque ad perfectionis statum spectantia, mordaci lingua, calamoque stridenti, confundere, turbare, evertere, conatus sit. Undè, & se, putidisque *Monumentis* proscriptis, adhuc per *Constantiense Concilium*, inquisitione facta de finali ejus impoenitentia, *Offa* effodi, & in prophanum projici, decretum est. Quasi infinita composuit, reprobata cuncta ab Ecclesia, atque succensa. Etsi pariter ab *Hæresicis* eidem non pauca abjudicata, præ aliis, *Speculum Castitatis*, ut potè, ut dicunt, putidissimis fabulis referatum, adeoque eorum *Antichristo* indignum existimatum. Tandem exul à suis, ab Ecclesia, à *Coelicolis*, *paralyfi* periit, dignus qui sic periret, dum contra Ecclesie orthodoxæ *constantiam* miserè debaccharit. *Ann.* 1387.

Joan-

Joannes de Lignano .

AD ann. 1365. gente *Italus*, domo *Mediolanensis*, *Legum*, & *Philosophiæ Scientia* conspicuus. *Plurima* exaravit, potissimum *Juridica*. Præ reliquis egregiè conscriptis, *Joanni* nostro abjudicant *Eruditi*, *Tractatum de fletu Ecclesie*, quam *Jacobo de Sena* adscribunt; editum à *Raynaudo*; ann. 1376.

Catharina Senensis .

ITala *Virgo*, *Senis* orta, *Ord. Fr. Predicatorum*, *Stigmatibus*, *prophetica*, *spirituum*, *discretionem*, *Miraculorum charismatibus*, *Legatione*, *Visionibus gloriosissimè prædita* enituit plurimum, ann. 1367. *Plurima* scripsit *Ascetica*, & *pietate plena*. De suo *Opere*, *Doctrina Divina* dicto; *data per Personam Æterni Patris intellectui loquentis*, in *Tractatus*, *Orationesque plurimas* distributa, quam *latine* vertit *Raymundus*, *Edit. Colon.* 1553. *fol.* hæsitant *Eruditi* aliquot, an à *Catharina*, composita, vel suo nomine à *Raymundo* conscripta fuerit. De *ejus Revelationibus*, & potissimum *de B.V. Conceptione*, ambigunt *Critici*, maxime *Etherodoxi*, quæ *Maculata Catharinæ*, *Immaculata Brigittæ* revelata fuit; ob utriusque *dissonantiam*, *Patri Luminum*, & *Veritatis* revelanti prorsus incongrua.

Philippus Ribotus .

Gente *Hispanus*, patria *Catalaunus*, *Ord. Carmelitarum* *Definitor Provincialis*, *clar. ann.* 1368. *conspicuus* *meritis*, & *Doctrinis*. *Obiit Petralate*, ann. 1391.

M m 2

Glo-

Gloriosus in suo *Carmelitarum Speculo*, cujus Anglicam *Versionem* satis antiquam *Thomæ Scropo*, sive *Bradleo Carmelitæ*, Episcopo Dromarenfi, ad ann. 1434. tribuenda deberi, docet *Joannes Batseljus*. Archidiaconus *Cantuariensis*, apud *Gave*, *Sæc. Wicleff*.

Olaus Porrichius.

ORigine *Danus*, flor. ann. 1380: Aichimista celeberrimus. Inter cetera sui Ingenii *Monumenta*, *Treatatum* scripsit *de Ortu*, & *Progressu Chymie*, in quo pag. 162. perspicuè ostendit *Ruggerium Bacconem*, Chemicum *Anglum*, qui flor. ann. 1205. primum *Nitrati pulveris* inventionem jam cognovisse, contra communem aliorum opinionem, qui inventionem hanc, unà cum *Tormentorum Bellicorum* structura, cuidam *Bertholdo Scuvare Alemanno*, *Friburgo* oriundo, ac demum Religioso *Minoritano*, tribuere; qui unà dierum *Sulphuris*, *Nitri*, *Carbonis*que miscellam in ferrea pila contundens, magno impetu, atque fragore, flamma obstreticante, *Mortarium*, cæteraque Instrumenta in altum attolli territus vidit. Undè suprâ id diù philosophatus, *Tormenta bellica* hæc varia, ac terribilia in hostes, in arces, in urbes *Vulcanum* eructantia, & stragem, efformavit; primusque *Mortis* artifex effectus est violenter, *Natura ipsa* obstupente. Nil dicemus de *Sinensibus* populis in *Asia* degentibus, qui principem locam (sicut & in ceteris) se tenere jactitant super ejusmodi (ut ita dicam) *diabolicam Inventionem*.

Ray-

Raymundus Jordanus .

I Diota aliàs dictus , ad ann. 1381. Canonicus Regularis *S. Augustini* , in Gallia *Narbonensi* , *Uticensis* Præpositus , ac demum in *Dioecesi Bituricensi* *Cellensis* Abbas , clarus meritis , & literis floruit . Plura scripsit pietate plena . Abjudicantur verò illi , & Opus de *Oculo spirituali* , sivè *Oculus mysticus* , Joannis *Guallensis* fœtus , ex *Wading.* & *Regulæ Christianam Vitam complectentes* . Item , & *Paraphrasis in Psalmum XV.* Joanni *Pico Mirandulæ* ambo *Monumenta* restituta , apud *Labbeum* .

Incognitus .

Sub hoc nomine diù prodire eruditissima *Monumenta* , variis Typis edita , nimirum præ aliis , *Commentarium in Psalmos* , *Lib. V.* Sed postmodum ex Obedientiæ præcepto , (ut dicitur) qui ob humilitatem latebat , se palàm fecit recentioribus *Editionibus* , & est *Michael Aignanus* , *Doctor Parisiens* , natione *Italus* , patria *Bonomiensis* , *Instituto Carmelita* , & *Generalis ejusdem Ordinis* , ad ann. 1381. omnigena eruditione præclarus , & in *Scholastica Exercitatione* conspicuus . E' vita decessit *Bonomia* , ann. 1396.

Joannes Parvus .

Gente *Gallus* , domo *Parisiensis* , clar. ann. 1395. Nonnulla scripsit erroribus fœdata ; inter quæ , quod *Tyrannus* possit occidi etiam per clacularias insidias . *Damnatur* , in *Concil. Constantien.*

Henri-

Henricus Knighton.

Gente *Anglus*, Instituto *Canonicus Regularis Cænobii* *Leoceftrenfis*, clar. ann. 1395. Plura scripsit *Hiftorica*; sed *Chronicon de Eventibus Angliæ*, *Lib. V.* exceptis *Primo*, & *Secundo*, alios *Tres* fequentes ufque ad ann. 1377. verbatim extraxit à *Ranulphi Higdeni Caftrenfis Polychronio*.

Petrus de Alliaco.

Natione *Gallus*, *Compendii ad Ifaxam* ex tenuiffimæ fortunæ parentibus ortus. *Doctor Parisienfis*, atque *Archididafculus*, *Thefaurarius*, *Magnusque Franciæ Eleemofynarius*, ac *Accademiæ Parisienfis Cancellarius*, claruit ann. 1396. *Vir* fuit doctrina, & moribus *ſpectatiſſimus*, qui non modò *Galliam*, ſed *Orbem totum* ſuarum *Virtutum radiis* illuſtravit; meritòque *Aquila Gallie*, & *Oberrantium à veritate Malleus* indefſus dictus. Quapropter *Meritis* ſic plenus, ex *Cameraceniſi* poſt *Anicienſem* *Infulam*, in *Cardinalium Cæſum* cooptatus eſt. *Uno verbo*: In *Scholis*, & in *Eccleſia*, ipſum *Petri Alliaci Nomen Elogium eſt*, ex *Launojo*. *Innumerabilia* penè ſcripſit, ediditque docta, ac omnigena *eruditione plena*. *Inter cetera ſui Ingenii Monumenta*, leguntur inter *Opera Gerſonis* diſcipuli ſui, *Libellus de Eccleſia*, & *Cardinalium autoritate*, *Parif. 1606. T. 1. p. 895.* & *Liber de Concordia Astrologiæ, & Theologiæ*, in ajuſdem *Gerſonis Appendice*. *Unum eſt*, in quo reprehenditur hic *Autor* ex *Bellarmino*, *Scrip. Eccl.*, & *Voffio*, de *Scien. Mathem. p. 214.* quod videlicet ſcripſiſſe videatur in ſuis *Operibus*, *Diluvium Noè: Natalem Domini*:

mini: & Miracula ejusdem, omniaque Prodigia ex Astrologia præsciri, ac prædici potuisse. Obiit Cæmeraci, ann. 1425.

Demetrius Chrysoloras.

Gente *Græcus*, ac Orientis Imperatoris Aulicus, literis, & eruditione clarissimus flor. ann. 1398. Plura scripsit, & in odium *Latinorum* non pauca *Dogmatica*. Ipsi verò abjudicantur *Erothemata Grammatica*, *Mannelli Chrysoloræ* potiori jura adscribenda.

Baldus.

Patria *Perisinus*, Sanguine *Ualdorum*, & Literis Eminens, ac *Juris Prudentia* facile Princeps, clar. ad ann. 1400. In suis verò *Operibus Juris*, sæpius sibi contrarius legitur. Undè *Pancirolus*, de *Clar. Leg. Interpr.* ipsum, non veritatis amatorem, sed potius destructorem appellavit; & quod indignius, *Bartolum* præceptorem variis conviciis labefactando, conatus est Nomen illius extinguere, causa æmulationis, imò malignitatis. Obiit ann. 1423.

Franciscus Zabarella.

Natione *Italus*, domo *Pasavinus*, IC. egregius, clar. ann. 1400. Virtute duce, Literarumque eruditione, Episcopus *Florentinus* electus, mox à Joanne XXII. ad *Cardinalatus Purpuram* evectus est. *Constantia* decessit, ac tota *Synodus* summo merore, & applausu funeris sui pompam cohonestavit, ann. 1417. Plurima in omni genere concinnavit, sed potissimum *Legalia*. De *Schismatibus*.

tibus verò *Auctoritate Imperatoris tollendis Liber*, editus Basileæ 1587. illum *Rom. Index*. legi prohibuit, donec expurgetur.

Nicolaus de Gotham.

NAtione *Anglus*, Provincia *Harfordiensis*, oriundus, *Mendicantium Instituto*, an *Minorita*, vel *Dominicanus*, contenditur inter *Fratres Ordinis utriusque*, bonis literis instructus, clar. ann. 1400. Non pauca scripsit in *Novum Testamentum Commentaria*. *Commentaria* tamen in *Epistolas Canonicas* sub *Thoma Wallensis* nomine sæpius edita leguntur ab Eruditis.

Joannes Gerson.

Gente *Gallus*. *Parisiensis Accademiæ Cancellarius*, *Poetica*, & *Oratoria sumus*, *Caroli VIII. ætate* *Regius ad Constantiense Concilium Orator*, sui sæculi *Oraculum* extitit *eruditione*, & *pietate*, ad ann. 1404. Penè infinita scripsit pluribus *Editionibus*, ac *Idiomatibus* exornata. Inrer sua egregia *Monumenta*, hæc abjudicantur *Gersoni à Criticis Tractatus contra impugnantes Ordinem Carthusiensium*, quod pauca inter eos reperiantur *Miracula*, *Bonifacio Ferrerio S. Vincentii Ferrerii fratris germano adscriptus*. *De Imitatione Christi Libellus*, *Thomæ de Kempis potiori jure donatus*; ac inter *Sermones* 14. ille *de Conceptione Virginis*, inter dubios collocatur ab Eruditis. Plenus tandem meritis, & literis decessit subita morte inter orandum extinctus, ann. 1429.

Re-

Robertus Gaguinus .

Gente Belga, Instituto *Trinitarius*, Minister Generalis, ac IC. eruditissimus, & Historicus facundus, clar. ann. 1407. Scripsit *de Gestis Francorum*, sed Gallis attestantibus, in his fides ejus vacillat; & ex Jovio, in *Elogiis*: in iis, quæ ad *Italiam* spectant, insolenter, & pingui *style* cæcutire videtur. Obiit ann. 1501.

Henricus de Palma .

Gente Gallus, domo *Bugiensis*, professione *Minorita*; Vir magnæ perfectionis, & morum integritate præstantissimus, clar. ann. 1410. Scripsisse dicitur *Treatatum de Theologia Mystica*, quem *Bonaventura* communiter adjudicant Eruditi; nec semel inter ejus editum *Monumenta*.

Nicolaus de Clemangiis .

Natione Gallus, Doctor Theologus vulgò dictus, *Benedicti XIII.* à Secratis, Ecclesiæ, *Lingonensis* Thesaurarius, ac in omnium *Literarum Encyclopædia*, eloquentia, elegantia, & eruditione clarissimus extitit, ann. 1416. Obiit ann. 1440. Plura egregio exaravit Calamo, & docto; Sed *Liber de Annatis non solvendis*, ob styli barbariem, facilè eidem abjudicatur à Criticis, quamvis sub ejus nomine videatur impressus *Colom.* 1535. *Fol.*

Augustinus de Roma.

Cente *Italus*, patria *Romanus*, Institutio *Augustiniana*, doctrina clarus, & eruditione. Non pauca composuit; sed *Librum de Sacramento Unitatis Christi, & Ecclesia. Librum de Christo Capite, & ejus inclito Principatu; & Librum de Charitate Christi circa Electos, & de ejus infinito Amore*, jam pridem reprobatos per *Concilium Basileense, Sess. 21.* nunc pariter, teste *Bellarmino, Scrip. Eccl. in Ind. Rom. prohiberi. Clar. ann. 1419.*

Leonardus Brunus Aretinus.

Cente *Tusculus*, patria *Aretinus*, *Innocentii VII. Gregorii XII. Alexandri V. Joannis XXIII. Pontificum à Secretis, ac Florentinae Reipublicae Cancellariis.* Vir *Historica, Oratoria, & Philosophica Eruditione clarus, flor. ann. 1420.* Plura scripsit. Quod autem mortuus, ut inquit *Paulus Jovius, in Elog.* ei nullo pudori fuit, furti damnatus est, quod *Gothicam Historiam, suppellecto Procopii nomine publicasset, accusante Christophoro Persona, qui aliud exemplar nactus, & Gothicam, & Persicam simul, atque Vandalicam, & Graeci Authoris titulum ingenue profitendo transtulerit.* Imò ex *Vossio, de Hist. Lat. ferè quicquid habet Aretinus de Bello Punico &c. Polybio debet; undè est, quod in Edit. Paris. quam antè Seculum Badius Ascensus dedit, Polybii nomen in titulo exprimatur. Obiit Florentiae, ann. 1443.*

Bar-

Barthol. Platina

C *Reverendiss.*, vel ut aliis placet, *Verecundiss.*, *humilis* Pago, ac parentibus fortuna medicis, ad *ann.* Chr. 1421. natus est. Philosophus, ac Rhetor insignis, Historiaque præclarus. Multa petulis, sustinuitque à Calumniatoribus; undè jussu *Pauli II. P. M.* in Carcerem conjectus, vinculis cruciatus, ad extremum miserimè obisset, ni extincto apoplexia Paulo, à *Sixto IV.* successore in libertatem revocatus haud esset; undè beneficiis, officiis, humanitateque locupletatus, tandem obiit peste extinctus *Roma*, *ann.* 1481. ætatis suæ 60. Multa, & præclara edidit *Historica*; sed in *Gestis Romæ Pontificum*, non pauca congeffit inutilia, veritati inconsona; atque prorsus sine fundamento confabricata; & quod magis pios offendit, ex *Ciaccon.*, & *Vannutio*, maledicus, & conviciatur acerrimus multorum *Pontificum*; quos sola libidine detrahendi petulanter mordet, procaciter insectatur.

Joan. Franciscus Poggius.

A *D ann.* 1421. *Brandelinus* dictus, gente *Eruschus*, in *Terranova*, Pago, propè *Aresium*, habuit natalem. *Eugenii IV.* & *Nicolai V.* Secretarius, Philosophus, & Rhetor facundus, græca, & latina eruditione præclarus, *facietiarum* sale nulli secundus, sed *impurissimus*. Plura scripsit; sed *Facietiarum Spurcissiarum Librum*, aquis, incendioque dignum, merito *Ind. Trid.* proscripsit. Obiit *Florentia* *ann.* 1459.

Nicolaus Tudeschus.

Vulgo *Panormitanus*, natione *Siculus*, ortu *Catanensis* ex Abbate *Monacensi*, Ord. *S. Benedicti*, ob *Literarum*, utriusque *Juris* egregia merita *Archiepiscopus Panormitanus* creatus fuit, ann. 1428. *Lucerna Juris* dictus; *Romanæ Rotæ Auditor*, ac pro *Aragonia Rege* ad *Concilium Basileense* Legatus, ann. 1431. demumque *Cardinalis*; dicendi copia, *Jurisque* *Conanici* excellentia, conspicuus extitit. *Monimenta* *Juris* plurima ejus nomine variis *Typ.* prodire. Sed *Defensio Concilii Basileensis, adversus Eugenium Papam*, eidem abjudicatur à *Bellarmino*, *Script. Eccl.* quicquid *incontrarium* asserat *Cave*, *Sec. Syn.*

Gulielmus Linwood.

Gente *Anglus*, *U. J. Doctor Oxoniensis*, *Archiepiscopi Cantuariensis* *Cancellarius*, *Henrici V. Regis Anglorum* ad *Hispanum*, & *Lusitanum* Legatus, ac ejusdem *Principis* à *Secreto Sigillo*, *Episcopus Menevensis*, ob merita, *Literarumque* famam factus est, ann. 1434. Obiit 1446. Nunnula scripsit; & doctè, potissimum *Juridica*, *Collectionem* verò *Constitutionum Othonis*, & *Othoboni*, atque in eas *Commentaria*, *Gulielmo* nostro abjudicant *Eruditi*, *Joanni de Asham*, qui *Sæc. XIII.* floruit, restitutam.

Alphonfus Tostatus.

Natione *Hispanus*, ex *Doctore Salmaticensi*, *Confiliarius Regius*, *Major Referendarius*, ac *Abulensis* *Epi-*

Episcopus, clar. ann. 1434. Vir scriptorum mole, antiquitatis cognitione, eruditione multiplici, ad miraculum clarus, ex *Olear. in Abac. Immensa Monumenta* laudati Authoris, cautè legenda esse, nos moner Index Madrit. Edit 1667. ac ex *Ind. Rom. expurgatorio*, censura dignè adjudicata. Obiit 1454.

Georgius Trapezuntinus.

Ortu *Grotensis*, Nicolai V. Scriba doctissimus, clar. ann. 1440. E' vita decessit 1486. Literarum pro-sus oblitus, imò in veram *stultitiam* mutatus. In hoc omnes Eruditi consentiunt, quod *Trapezuntinus* Eusebii *Contextiam* absque scrupulo mutilaverit, atque truncaverit, ejus sensum perverterit, & phrasas labefactaverit, plura ejus capita passim præterierit, totumque *XV. Librum* intactum deseriverit; adeò ut vel ipsi *Eusebio*, si revivisceret, fas non esset seipsum apud *Trapezuntium* revisere, & agnoscere: Sic Judicia Eruditorum per *Baillet Paris. 1685. Gall. & Lat. apud Pope Blount. Cens. Cel. Auth.* Similiter, quæ inter *Damasceni Monumenta, Basil. 1548.* sub Trapezuntii nomine prodiit *Historia SS. Barlaami*, & *Josaphat Versio*, antiquioris reverè *Interpretis* cujusdam foetus est, ex *Cave, Sac. Synodal.*

Bessarion.

Natione *Græcus*, patria *Trapezuntinus*, Otd. *S. Basilii* Monachus, Episcopus *Nicanus*, *S. R. E. Cardinalis*, ac demum *CP. à Latinis* capta, in eadem Sede Patriarcha, eruditione, & literis conspicuus flor. ann. 1436. Ferè innumerabilia exaravit. Præ reliquis *Apologia pro Latinis de Processione Spiritus S. Sive Refutatio Capitum*

pitum Marci Epheſi contra Latinos, tota non eſt *Befſario- nis*. Opus enim inceptum à *Gennadio*, morte extincto, *Befſarion* complevit, apud *Allatium*, de *Conſenſ. Lib. III. c. 3. §. 1. Tractatum* verò de *Primatu Pape*, apud eundem *Allatium*, *ibid. c. 6. §. 1.* à *Gennadii Patriarchæ Lib.* ejuſdem argumenti eum totaliter defloraffe, docent Eruditi.

Joann. Annii Viterbienſis.

Gente *Italus*, *Instituto Dominicanus*, ac *S. Palatii* *Apoſtolici Mag. clar. ann. 1437.* Libellus circum- fertur, ex *Ludovico Viv. de Tradit. Discipul. L. 5. p. 624. Berofſi Babylonis* titulo; ſed *Commentum* eſt, quod in- doctis, & otioſis hominibus (ut dicit) mirè allubefcit: cujuſmodi ſunt: *Xenophontis Æquivoca*, tum *Archilo- chi*, *Catonis*, *Sempronii*, & *Fabii Pictoris Fragmenta*, quæ eodem ſunt *Libro* ab *Annio Viterbienſi* conferruminata, *Commentis*que reddita magis ridicula, non quin inſint quædam in illis vera, nam alioqui frontem non haberet *Narratio*, ſed ipſum *Historice* corpus *commentitium* eſt, nec illius, cujuſ titulum mentitur. Haftenùs *Ludovicus Vives*, & cum eo *Eruditi omnes*.

Laurentius Valla.

Patria *Romanus*, ſanguine *Nobilis*, *S. Joannis Late- ranenſis Canonicus*, ac in omnium *Literarum En- cyclopediæ eminentiſſimus* extitit, *ad ann. 1440.* Vir po- tiſſimum de *Lingua Latina* præclare meritus, ex *Voffio*, de *conſtruc. c. 16.* *Romani ſermonis*, & ſi acutus *Cenſor*, & audacior, non tamen ſemper *Verax*, undè non teme- rè ille iis verſibus fugillatur:

Car-

Carpis majores, & te quoque VALLA, minores

Carperis, & Carpis. Sic tua Fata ferunt.

De sua Hæresi, & abjuratiõne, vide Poggium, & Inveff. in Vallam.

Flavius Blondus.

Gente *Italus*, domo *Forolivienfis*, ann. 1440. claruit. Vir in omni *Literarum* genere excultus, potissimum in *Historicis*; è tenebris non pauca eruendo, antiquitati sepulta; Quamvis *Scaliger. Post. Flavium nostrum* fugillet *plagiario* defectu.

Antonius de Rosellis.

Natione *Tuscus*, patria *Aretinus*, in *Patavino* *Gymnasio* *UJ.* *Interpres*, *Friderici III. Imperatoris* *Consiliarius*, & à *Secretis*, ac *Eugenii IV. Summ. Pontificis*, ad *Basleense* *Concilium* *Orator*, flor. ann. 1450. Præ ceteris *Opus*, *Monarchiam* dictum, composuit, in qua probare nititur, *Pontificem Romanum* in temporalibus non præesse, neque suprâ reliquos *Episcopos* *Superioritatem* habere. Prodiit *Venet. 1483.* Sed *Rom. Ind. proscriptum.*

Thomas de Kempis.

Ad ann. 1450. Patria *Kempensis*, in *Diocesi Coloniensi* ad *Rhenum* amnem, professione *Canonicus Regularis S. Augustini*, *literarum sanctarum* eruditione, vitæ innocentia, sanctimoniaque conspicuus fuit. Plura scripsit *Ascetica*, & *Mystica*, maximæ perfectionis. In pretio nominatim est parvulus, sed mirificus ille *Libellus*,

lus, *de Imitatione Jesu Christi*, natum Latinè, & Italicè, sed Germanicè, Hispanicè, Gallicè, & Græcè sæpius excusus. Quidam tentarunt illius molitionis gloriam, *Gersoni* esse adjudicandam, sed Eruditis cunctis clamantibus, *Damnatorio Decreto* Senatus Parisiensis, palmam hanc *Thoma Kempis* cedendam meritò adagit. Quod verò ex laudati Authoris *Monumentis* eidem objicitur, est *Alphabetum parvulum Monachi in Schola Christi*: sed *Alphabetum Religiosum*, quod quidem *Bonaventura* adscribitur ab Eruditis. *Edis. Argent. 1495.* Obiit ann. 1476. miraculis illustris, & sanctitate, ex *Papebrochio, Con. Chron.*

Joanfacius Pontanus.

Origene *Flander*, patria *Danus*, *Christerni IV. Regis* Historiographus illustris, celebris in sua *Rerum Danicarum Historia*, in *X. Lib.* distributa, usque ad ann. 1448. Typ. *Amster.* impress. apud *Janson.* 1631. quam totaliter ex *Saxonis*, & *Vatfeldii Chron. Hist.* compilavit.

Antonius Panormita.

Gente *Siculus*, *Carmine*, & soluta oratione præclarus, flor. ann. 1450. *Varia* edidit; sed in suo *Hermaphrodito*, obscenus nimis.

Dionysius Carthusianus.

Gente *Belga*, in *Oppidulo Rychel* natalem habuit. *Doctor Ecstaticus* dictus, ac *Cartusiana* Religionis alumnus, clar. ann. 1450. *Literis* conspicuus, atque pietate. Tot, ac tanta scripsit, ut numero *Opusculorum*,
præ-

præter *Augustinum* apud Latinos, parem habuerit neminem. Sanctè obiit, ann. 1471. Liber de quatuor hominis *Novissimis*, in quo præ ceteris, *Animas Purgatorii* minime certas esse de ipsarum salute, uti docet, in *Ind. Expurgat.* Censura notatur; Delphis 1487. 4.

Georgius Scholarius.

Posteà *Gennadius* dictus, ad ann. 1453. gente *Græcus*, patria CP. in omnium *Literarum Encyclopedia* instructissimus, Patriarcha CP. indè Dignitatis pertæsus, *Cucullum* induit. Plurima exaravit, & doctè. Quæ eidem *suppositia*, vel saltem *Dubia* adjudicantur, sunt: *Expositio*, sive *Apologia* pro S. & Oecumenica Synodo *Florentina*; & *Defensio quinque Capitum*, in Concilio, contra *Græcos* definitorum nimirum: *De Processione Spiritus S.* *De Sacrificio in Azymo.* *De Purgatorio.* *De Fruitione Sanctorum*; & *de Primatu Papæ*; hinc indè Eruditis contendentibus, an Opus genuinum *Gennadii* extiterit. Dubitatur pariter de illo *Excerpto de Sacramentis*, de quo Critici hæsitant, num *Gennadius* parens illius agnoscat.

Æneas Sylvius.

Natione *Italus*, domo *Senensis*, ex illustri *Piccolominæorum* Prosapia ortus, *Corfiniani* natalem, habuit, ad ann. 1425. Primùm *Friderici Imperatoris à Secretis*, & inter Amicos accitus; deindè *Senensis Antistes*, mox *Cardinalis*, demique *Summ. Pontifex (Pius II.)* communi omnium applausu creatus est, ann. 1458. Literis, eloquentia, & dexteritate mirificus. Innumera bilia penè scripsit, & si articulari morbo vexatus, pluribus

ribus *Editionibus* redimita . Extant *Commentaria de Rebus gestis Pii II.* sub nomine *Joannis Gobellini* ; sed ambigitur ab Eruditis , an ejusdem *Pii* factus extiterit ; propterea ea inter *dubia* collocamus .

Petrus Hispanus.

Patria *Oxomensis* , clar. ann. 1458. Nonnulla exaravit impietate plena . Inter cætera , ad ann. 1474. Confessionem Auricularem , humanum esse inventum , blasphemavit .

Ambrosius Calepinus.

Ad ann. 1458. ex Comitum *Calepii* (quod est Oppidum in *Cenomanis* ad 14. lapidem à *Bergomo Brixiam* versus ad *Colles sinistra in parte positum*) Familia inclita natalem : ex *Eremitarum Cætu* *S. Augustini* Habitum : & ex industria , studioque assiduo *exoticarum* rerum encyclopaedia habuit , & eloquentiam . Præ ceteris , Opus satis insigne (*Dictionary*) de *Vocabulorum omnium* notitia solerti indagatione collegit , Monumentum satis Philosophis , Medicis , Doctoribus , cunctisque proficuum . De eo nihilominus hæc exhibet *Franciscus Floridus Sabinus* , in sua *Apolog. in Ling. Lat. calumn.* Id sanè videmus post *Nicolaum Perottum* , omnium Interpretum munus subire voluisse *Ambrosium Calepinum* , illius laborum , ac vigiliarum *furem* manifestissimum : in omnibus tamen maximè absurdum , cum insulso suo *Dictionary* , in quo ne *gry* quidem à se protulit , nisi , si quas ab infimis *Scriptoribus sordes* collegit . Hactenus *Sabinus* . Obiit *Bergomi* . ann. 1510. Senio confectus .

Al-

Alphonsus Spina.

Gente Hispanus, ex Judæo Christianus factus, in *Minoritarum* Ordinem ingressus est, ubi literis, & eruditione apprime claruit, ad ann. 1459. Prodiit ex Joanne Mariana, *de Reb. Hisp. T. 2. L. 22. c. 13.* sub ejus nomine *Fortalitium fidei*, contra Judæos, Saracenos, aliosque Christianæ fidei inimicos; sed istud *Edit. Horimberg. & Lugd. 1511.* suppresso Authoris nomine evulgatum est. Imò non pauci Eruditi, vel *Guilermo Tutani*, vel *Thoma Patriarchæ Barbariensi* contendunt adjudicare. Sed videant Peritiores. Obiit Episcopus *Orinopolitanus*, ut dicitur, quo annò, incertum.

Ægidius de Roya.

Gente Gallus, Doctor *Parisiensis*, & in Cænobio *Montis Regalis* Abbas, clar. ann. 1463. Extant sub ejus nomine *Annales Belgici*; sed maxima eorum pars debetur *Joanni Brandonò, Bartholomeo de Beka, & Hadriano Bario*. Vide *Sandii Not. & Animadvers. in Voss. de Hist. Lat.*

Rodericus Sancius de Arevalo.

Gente Hispanus, J. U. & Artium in *Salmanticensi* Academia Professor conspicuus. *Henrici IV. Castellæ* Regis Sacellanus, Auditor, & Consiliarius. Referendarius Apostolicus, deinde *Ovatenfis* Antistes, mox *Patentinus*, denique *Calliguritanus*, ac Castri S. Angeli in Urbe, *Paulo II.* Præfectus, Literis claruit, & eloquentia, ad ann. 1466. Plurima scripsit egregia; sed *Speculum*

humana vite Roderico nostro prorsus abjudicatur, & Paulo II. Pontifici restituitur.

Henricus Arphius.

Belga, Ord. *Minorum* Provincialis, clar. meritis plenus, & literis ann. 1468. Præ ceteris ejus Operibus (quæ non pauca fuere) de *Theologia Mystica*, tum *Speculativa*, tum *Affectiva*, Lib. III. Rom. Sedis jussu eos repurgari debere, sancitur, ac in *Rom. Ind.* cavetur, ne *Typ.* deinceps ii mandentur, quàm secundum *Rom. Exemplar anni 1585.*

Gabriel Barletta.

Natione *Apulus*, *Barulo* oriundus, *Theologia* clarus, ac in *Prædicatorum Ordine Ecclesiastes* illustris, flor. ann. 1470. Plures *Sermones* exarasse dicitur; sed quia per *Leandrum Albertum à Miræo*, de *Script. Sac. XVI. c. 23.* alterius imperiti hominis foetus, ut splendorem *Operi* ineptissimo aucuparet, meritò dicit esse, ideò falsò in eo *Gabrielis Barletta* nomen prætexuit Impostor.

Vincentius Ferrerius.

Natione *Hispanus*, domo *Valentinus*, Instituto *Dominicanus*, *Benedicti XIII.* à *Confessionibus*, *Sacri Palatii Magister*, & *Apostolicus Ecclesiastes*. *Abdicatis* *Insulis*, & *Purpura*, totum se Deo mancipavit *prædicationis gratia*, adeò ut *suprà centum, & quadraginta milia* ad *Christianam fidem* reduceret *Hebræos, Saracænos*, aliosque perditos homines. *Obiit Sanctitate plenus*, &

Mira-

Miraculis, ann. 1418. Plura scripsit pietate exornata; sed ejus *Conciones de Tempore, & de Sanctis*, tribus Voluminibus comprehensæ, eidem abjudicantur à Natali, *Hist. Eccl. Sec. xv. & xvi.* utpotè quia in iis interdum ipse laudetur.

Matthæus Palmerius.

PAtria Florentinus, clar. ad ann. 1444, Ejus, præ cæteris, Librum, cum *de Divinis* perperam incautè locutus, in *Ariane Heresis* suspensionem incidisset, & Theolog. sententia damnatum, crematumque *Jovius* scripsit, *Elog.*

Franciscus Guicciardinus.

FLorentinus, clar. ann. 1480. ex antiqua, ac Nobili *Guicciardinorum* Familia natus. Sux tempestatis *Italicam Historiam*, Styli elegantia, fidelitate, integritate, gravitateque insignem contexuit; *Typ.* edidit *Basilea*, apud *Pernam*, in fol. 1566. Illa sanè ab affectibus fuit immunis, ex *Lipfio*, in *Not. ad 1. Lib. Polit. c. 9.* non tamen ab odio, quod reterege non semel videtur in *Ducem Urbinatem*. Obiit 1540.

Georgius de Amid.

Gente *Arabs*, aliis *Elmacin*, Historicus apud suos insignis. Scripsit *Saracanorum Historiam*, excerpant sanè ex *Chronico Iman Abugiafar*, quam *Thomas Erpenius*, de Linguis Orientalibus optimè meritis, traduxit, *Typisque Leiden* in 4. ann. 1625. dedit.

Ga-

Gabriel Biel.

Domo *Helvetus*, vel *Spirensis*, ut aliis placet, in Academia *Tubigensi* publicus Theol. Professor, literis, & eruditione conspicuus, clar. ann. 1480. Plura exaravit *Edit. varia* evulgata. Præ cæteris, *Expositionem Canonis Missæ*, Lugd. 1542. & Ven. 1576. *Eggelingo Brunsvicensi* adjudicari, paucis dumtaxat demptis, docent Periti.

Hermolaus Barbarus.

AD ann. 1480. *Venatus* Senator, Vir sui ævi literatissimus claruit. *Fortuna pila* dictus, ex magna sui gloria, in summam redactus egestatem, pestilentia tandem contactus, derelictus à cunctis, honore sepulchri defraudatus, illementatus à suis, ubi adhuc ossa requiescerent, ignoratur. Ipse ille, ut ait *Vossius*, de *Philosoph.* p. 8. *Themistius* ab *Hermolao* Barbaro, dum nimium studet elegantia, tanta conversus est libertate, ut sæpissimè longè aliud dicat, quàm senserit *Themistius*. Ut omninò optandum sit, edi tralationem veterem, quam apud *Carpetanos* delitescere ajunt,

Hieronymus Savonarola.

Gente *Italus*, patria *Ferrariensis*, Ord. *Prædicatorum*, clar. ann. 1480. excellentis ingenii Vir, ex *Sixto Senensi*, L. 4. *Biblioth.* S. multarumque scientiarum copia præditus. Declamator fuit, sermone quidem simplex, & incomptus, sed sensu acris, & actione vehemens. Sanctitatis verò opinione ità omnibus admirandus, ut *Flo-*
ren-

rentinae Urbis populus (apud quem septem annis in magna, & assidua Auditorum frequentia Conciones habuit) existimaret eum cum Deo loqui, & ab eo futurorum eventuum prophetiam accipere; & ob id nollet Rempublicam, & communia totius Civitatis Imperia, nisi ejus nutu, administrari. Quæ cum aliquibus Primariis Civibus non satis placerent, data opera, ut Magistratus Urbis crearentur ex eorum numero, qui minimè eum sequebantur, *Hieronymus*, non sine tumultu, & sanguine multorum captus, & in carcerem conjectus, & ad mortem damnatus, paulò post Sacerdotali honore exautoratus, medio Foro vivus exustus est, cineresque ejus, ne à suis, qui jam eos colligere cœperant, religiosè servati colerentur, in profluentem *Arnum* projecti sunt. Penè infinita scripsit. *Sermones* præ cæteris, qui olim in *Rom. Ind.* proscripti fuere, non legendos fore, donec juxta PP. *Deputatorum* censuras emendatos prodeant, sancitum est. Ejus verò Liber inscriptus, *Dialogo della Verità*, omninò prohibitus fuit. *Ind. Rom. impress.* 1681. Quædam *Orationis Dominicae Expositio*, Edit. Paris. 1538. 16. & *Gratianopol.* 1669. 12. sub ejus nomine, dubitatur ab Eruditibus, num *Hieronymi* genuinus foetus extiterit.

Marsilius Ficinus.

AD ann. 1480. Patria *Florentinus*, Platonicæ doctrinæ instaurator, & cultor, Græcæ, & Latinæ Linguae instructissimus, acumine ingenii, & vigilantia, nulli secundus extitit. Corpore pusillus, sed Literarum eruditione maximus. Innumerabilia penè scripsit; sed quid *Plato* dicere voluerit in eo vides, sed quomodò dixerit, non habes. Deest affectuum vis, lepos, venustas, elegantia, arguties, acrimonia, dignitas, quæ apprimè in *Axiacha*

cho vertendo, observavit *Rodolphus Agricola*, in *Auct. Cens.*
 Obit propè *Florentiam*, in *Vilia Coregiana*, ann. 1499.
 Quod *Michaeli Mercato* post obitum, prout vivus promiserat, de *Animarum immortalitate* plura confirmasset, narrat *Baronius*, ad ann. 411. propè finem. De cæteris consule *Cl. Verder*, in *Auct. Cens.*

Joannes Trithemius.

Ad ann. 1483. Nationè *Germanus*, Pago *Tritenheim* ad *Mosellam* oriundus, Ord. *S. Benedicti* Abbas, literis, & pietate clarissimus, quamvis in *Historia*, non satis accuratus extiterit, ex *Card. Bona*. Plurima exaravit, ac variis *Typ.* evulgata habuit, omnigena eruditione referta. *Sieganagraphiam* *Trithemii* nostri (quæ cum *Clavi* seorsim prodiit *Frankfurt.* 1606.) sugillavere *Eruditi* non pauci; multi eam, vel benignius, vel superstitionosè tractantes, in bivio sanè fuere; nihiloseciùs, cum à *S. R. E.* prohibita sit, ut videre est in *Ind. Libr. prohib.* ea prorsùs ableganda videtur. Piè obiit, ann. 1518.

Ælius Ant. Nebriffensis.

Gente *Hispanus*, *Lebriffæ* Oppido, juxtà *Batim* amnem oriundus, clar. ann. 1488. Magnus *Hispaniæ Aristarchus*, præclarus *Orator*, multæ, & variæ lectionis *Vir*. Plurima exaravit doctrina, & eloquentia exornata. Præ cæteris sua *Critica Responsio ad quinquagenas Questions Biblicas*, æternis tenebris fidei ab *Inquisitoribus* damnata fuit. De *Rebus* verò à *Ferdinando*, & *Elisabetha Hispaniarum Regibus*, usque ad ann. 1509. gestis, *Historiarum Decades* 11. *Antonio* nostro abjudicantur à *Criticis*, & *Ferdinando* cuidam *Pulgaro* inscribuntur.

Marc.

Marc. Ant. Coccius Sabellicus.

AD ann. 1490. Natione *Italus*, ad Vicum *Varronis* in Via *Valeria*, juxtà *Anienem*, Fabri ferrarij filius, et *Hofman*. animum à teneris annis ad studia applicuit, juventutis per Pagos institutione aliquantilla pecunia collecta. Dein Pomponij Latij, Domitij Veronensis disciplina usus, *Roma*, *Venetis*que, ubi humaniores literas professus, inter Literatos inclytum nomen adeptus est. Obiit ann. 1506. turpi morbo confectus, ætat. 70. Non pauca concinnavit, erudito calamo, & eloquenti. Ejus nihilominus *Monumenta*, inter Libros expurgandos numerantur, in *Ind. Madrit. Edit. ann. 1667.*

Nicolaus Perottus.

Gente *Italus*, Sentino *Umbriae* Oppido, nunc *Saxofero* rato oriundus, clar. ann. 1460. Archiepiscopus *Sipontinus*, literis, & eruditione florentissimus. Plura scripsit. Quid verò in eo laudabiliter, ex *Vossio*, *Hist. Lat.* quid culpandum sit, optimè dicit *Causaubonus*, *Pref. ad Lectorem*, quam *Polybio suo* de prioribus historici hujus Interpretibus præmisit. Inter alias culpas est, quod sæpè *Livium* exscribens dicat, quæ *Polybius* non dicit. Non defuere adhuc ex *Æmulis*, qui ejus Authoris *Traductionem* antiquissimam fuisse, furtoque surreptam existimarint, quod *Thucydidem*, *Diodorum*, *Plutarchum*, & *Appianum*, clarissimo ingeniorum certamine conversos, unus *Polybius* egregia fide Latinus, æquabili, & prædulci *Romani sermonis puritate* prorsùs antecedit, ex *Jovio*, in *Elog.* Decessit senio apud *Sentinum*.

Jul. Pomponius Letus.

AD. ann. 1480. Natione Calaber, Amygdalariam nataleni habuit. Rome tanto concursu docuit, ex Pope Blount, *Cens. Cel. Auth.*, ut cum antè Auroram docere inciperet, à media nocte in Auditorium, ad præoccupanda *Subsellia*, concurrerent. Sanè pura erat *dictionis* amator, ex Vossio, *Hist. Lat. & Historia veteris*. Scrutator diligens. *Antiquitates Urbis Romæ*, memoriæ tantum causa conscribillasse videtur, non ut *publici* eas *Juris* faceret. Nec enim ea est *dictionis* puritas, quæ in aliis ejus *Scriptis* elucescet: usque adeò, ut B. Rhenanus penè arbitretur alterius esse *Authoris*. Postquam igitur Græca, & Latina Eruditione plurima perennasset *Monumenta*, septuagenarius excessit è vita, cum gelidissimo vini potu ventriculi calorem oppressisset. Elatus est *Auditorum* insignium piis humeris, honestante funus Familia Purpurata *Alexandri Sum. Pontif.*, & laudante *Marso Oratore*, ex laudato Pope Blount.

Albertus Crantzius.

Professione Theologus, & Collegii *Ambrugenfis* Decanus, flor. Maximiliani Imper. tempestate. In *Historia* diligens, & sincerus, apud Eruditos; & si apud quosdam; à mendis plurimis haud vindicatus; tum maximè in sua *Chronica Regnorum Aquilonarium &c.* Edit. Francfurt. ann. 1575. fol. apud Wechel. Obiit ann. 1517.

Jo. Jovianus Pontanus.

Gente *Italus*, Cereti in *Umbria* natus, clar. ann. 1483, inter primores Seculi Historicos, Poetas, & Oratores, ex Warthon. ad *Hist. Liter. Cave in Append.* habitus, mordaci tamen *stilo*, & subagresti supercilio plurimorum odium, & invidiam concitavit. Hinc nata forsan *calumnia*, quæ ipso adhuc vivente, in vulgus sparsa erat, illum videlicet *Volumina* quædam *Ciceronis*, in vetusta Monasterii *Affisinatis Bibliotheca* reperta, paulùm immutata, nomine suo evulgasse. Obiit ann. 1503. ætat. 78.

Angelus Politianus.

Ad ann. 1490. in Monte *Palitiano*, *Hetruriæ* Oppido, natalem habuit. Homo, ex *Huætio*, de *Clar.* *Interpr.* non unus è multis, sed cum paucis potiùs comparandus, eloquentia, & omnigena eruditione sui ævi facilè Princeps. Is, apud *Thomas. de Plag. Sec. 325.* inter *Plagiarios* collocatur à Criticis, *Calumnia*, vel *veritate*, hinc indè contendunt *Eruditi*, maximè loquendo de suis *Miscellaneis*. Multa namque surripuisse ferrur pro suis, ex *Cornucopia*, *Nicolai Perrotti*, ex *Plutarcho*, & aliis; ideòque *Politianum* nostrum *Heresbachius*, *Pref. ad Lect. Lib. suor. de Re Rustic.* furacissimum vocat: Ut sit, non sine *Musarum* mærore, festinante *Fato*, quadragenarius excessit, 1494.

Joannes Picus .

AD ann. 1484. *Mirandola Dominus , & Concordia Comes, & Princeps .* Vir fuit omnibus Corporis, Animi que dotibus excultissimus . Phænix sui ævi , delitiæ Musarum, atque Philosophiæ alumnus, ex Scalig. *Comm. in Lib. 3. Manil.* Orbis miraculum , undè adhuc *Juvenis*, circà omne *Scibile*, alter veluti *Salomon* venerabatur. Romæ 900. *Theses* , omnigenas Scientias complectentes, evulgavit, ac per totum Orbem emisit, hasque adversùs, cunctos propriis sumptibus debellavit . In aliquibus ex *Propositionibus* vindicatis , *heresis* accusatus ab Hostibus, *Apologia* eas justificavit . Sed *Ecclesia* , illa minimè obstante , *Thesum* illarum lecturam prohibuit . Tandem à Papa Alexandro VI. 18. *Junii*, ann. 1493. absolutus fuit . Postremò, totius Orbis Literarii mærore, *Flòrentia* decedit hic flos, ann. 1494. ætatis suæ 30.

Joannes Reuchlinus .

NAtione *Germanus*, domo *Suevus* , Phorceas Oppido oriundus , clar. ann. 1494. Vir eruditione , & doctrina nulli secundus. Scientia tamen *Aulica* plus imbutus, quàm *Orthodoxa* , de Ecclesia , & ejus Dogmatibus, non in cunctis optimè meritis extasse dicitur . Plura scripsit, & varia. Præ cæteris de *Arte Cabalistica Lib. I I I.* Basil. edit. 1587. & de *Verbo mirifico*, Lib. I I I. in Dialogi formam , quibus *Philosophia Græcæ*, *Hebraicæ*, & *Christianæ Secreta* panduntur , Venet. 1486. & alibi publici juris fecit , quæ in *Rom. Ind.* prohibentur *Monumenta*.

Pbi-

Philippus Beroaldus senior .

PAtria *Bononiensis*, infinitæ lectionis Vir, clar. ann. 1500. Plura scripsit, maximè in *Apulejum*, ex Claud. Verder. in *Aut. Cens.* Dictionariis quibusdam addictus, ex iis cuncta compilavit. Hic in *Ind. Madrit.* Edit. ann. 1667. inter Hæreticos *prim. Class.* rejicitur.

Jo: Ludovicus Vives .

Gente *Hispanus*, domo *Valentinus*, Mariæ Henrici VIII. primogenitæ Mag., clar. ann. 1501. Vir, ex *Vossio*, *Epist. prefix. Art. Gram.* ut variæ doctrinæ, ita sapientiæ propè incomparabilis. Plurima scripsit, varia, & omnigena eruditione referta. Præ cæteris, *Annotationes in S. Augustinum*, nisi expurgentur, in *Ind. Frid.* pro-scribuntur. *Brugis* obiit, ann. 1537.

Hermannus Rissuich .

NAtione *Flander*, impietate putidus, & literis, flor. ann. 1503. Docuit enim, *Animam cum Corpore*, interire. *Christum* impostorem esse. Cuncta in *Historia Divina* contenta, *fabulosa*; aliaque indigna, propter quæ flammis in *Haya* combustus perit, atque in *Inferno* detrusus, quem prorsus negavit.

Carrierius .

Gente *Gallus*, ut creditur, ad ann. 1504. flor. De sua *Pontificum Chronologia* non benè meritus. Mendax, & Calumniator in *Julium* 11. SS. Pontif. quem, scripsit,
In-

Indulgentiam concessisse cuius Francum enecanti.

Jacobus Faber .

S*Tapulensis, in quodam Picardia Pago humiliter ortus. Doctor Sorbonicus, mole: exiguus, ingenio gigas, ex seipso natus, literarum omnium instructissimus fuit. Clar. ann. 1504. Inter cætera ejus Opera varia, Commentaria in Evangelia. In Epistolas S. Pauli. In Epistolas Canonicas. De tribus Magdalenis. In Psalmos, tamdiu prohibita manent, quamdiu in alicujus Universitatis Catholica Facultate Theologica, vel jussu Inquisitionis Generalis emendata in lucem prodierint. Ind. Rom. impr. 1681.*

Raphael Maffeus Volaterranus .

G*ente Italus, Patria Volaterranus, apud Hetruriam, clar. ann. 1501. infinitæ propè lectionis Vir fuit, ac in omni Scibilibus genere satis conspicuus. Ex Gaddi hoc de eo habemus Criterium. Valaterranus (ait, agens de Laconia Regione, Lib. 9.) non solum à Plinio mutuatur aliqua, sed Fragmentum bene longum Pausaniæ exscribit, ut aliorum alibi. Undè illud Tetrasticum:*

*Pausaniam lego, dum Raphaelem forè legebam,
Est ne oculorum error? Decipit an Titulus?
An ludis Raphael tor se se in nomina vertens?
An potius proprio Scripta aliena legit?*

Henricus VIII.

A*D ann. 1509. Septimi filius, Angliam regendam ad 58. ann. suscepit, ex Buffier. Flof. Hist. Egregiam juvenutem turpi senectute commaculando, Christi Ec-*
cle-

clesiam, & fidem, quas primùm *Scriptis* (ut dicitur) defenderat, postmodum *Apostasia*, & libidine labefactavit. Scripsisse fertur contrà *Lutherum*, Opus pro *Sacramentis* apologeticum; sed ex *Bellarmino*, *Scrip. Eccl.* potius *Joanni Roffensi* Cardinali, illud restituendum est. Obiit ann. 1547.

Joannes Roffensis .

Gente *Anglus*, ex *Episcopatu Roffensi* in *Sac. Cardinalium Cœtu* cooptatus est, ann. 1500. Pro fide, sanguine laureatus; senioque confectus, evolavit ad palmam, ann. 1535. Plurima exaravit contrà *Lutherum*, & *Æolampadium*; sed *Librum de fiducia*, & *Misericordia Dei*, qui in *Rom. Ind.* prohibentur, aut esse alterius *Joannis Ficherii*, sive *Fischeri*, vel falsò *nostro* attributum, fuisse, ex *Bellarmino*.

Franciscus Victoria .

Natione *Hispanus*, *Ord. Fr. Predicatorum*, clar. conspicuus literis, & exemplis, ad ann. 1500. Plura scripsit; sed quod sub ejus nomine circumfertur de *Sacramentis*, ejus *Discipulorum* foetus existimatur ab *Eruditis*; nisi velimus dicere cum *Bellarmino*, ex *Francisci nostri Scriptis* Opus collegisse *Discipulos*.

Ambrosius Catharinus .

Gente *Italus*, domo *Senensis*, *Instituto Dominicanus*, *Archiepiscopus Compsæ*, flor. ann. 1500. Plura composuit varia eruditione exornata; sed ejus *Monumenta* ex *Bellarmino*, *Scrip. Eccl.* cautè legenda sunt, siquidem
mul-

multa eorum *Dogmata* leguntur , Ecclesiae iudicio repro-
bata .

Antonius Galateus .

A Pulus, *Galatana* oriundus, in omnifaria rerum co-
gnitione eminentissimus, flor. ann. 1500. Plura edi-
dit eruditione summa, & eloquentia multiplici. Repre-
henditur à *Goropio Becano*, Gallic. L. 3. quòd *Urbem* suam,
potiùs à *Græcis*, quàm à *Gallis* originem traxisse, men-
titus sit. Consule Eruditissimum Virum *Joannem Ber-*
nardinum Tafuri, in suis doctissimis *Notis* ad eundem
de *Situ Japygia* .

Desiderius Erasmus .

Roterodamus nativitate, ad ann. 1510. clauit, cui sa-
nè ex *Suvertio*, *Athem. Belg.* spiritum, vitamque
debent *Literæ* renascentes. Principibus cunctis, ut dici-
tur, acceptus, & charus fuit. Propensior natura ad
jocos extitit, quàm deceret. Multa Vir tantus scripsit,
quæ in IX. *Tomos* hodie distributa, nec sine stupore
leguntur. Inter alia plura, nec postremum locum ob-
rinent *Epistola. Bellarminus*, cum inter *Semichristianos*
collocat. *Passevinus*, ejus nomen ex cunctis *Catholico-*
rum Monumentis expungi debere judicat. *Senpleton. Mu-*
rem errantem vocat. *Forerus*, in *Aranea*, dignum ait,
qui ex omnium *Hominum* memoria *erasmus* esset. Alii,
inter *Arianismum* referunt. *Liticulam* illi aliquandò mo-
vit *Cælius Rhodiginus*, apud *Dan. Georg. Morhof. Poly-*
hist. quasi furripuerit sibi aliqua circà *Adagia* mediata.
Desiderii Erasmi Roterodami Libri infrà scripti: *Collo-*
quia, Moria, Lingua, Christiani Matrimonii Institutio,
de

de Interdicto esu Carnium, Paraphrasis in Matth., quæ à Bernardino Tomitano, de Latino sermone in *Italicum* conversa est, prohibentur. Cætera verò *Opera* ipsius, in quibus *de Religione* tractat, tamdiù prohibita manent, quamdiù à Facultate Theologica *Parisiensi*, vel *Lovaniensi* expurgata non fuerint. *Adagia*, quæ non sunt ex Editione *Pauli Manutii*, expunctis locis suspectis, iudicio alicujus Facultatis Theologiæ, *Universitatis Catholice*, vel *Inquisitionis* alicujus Generalis, non permittuntur. *Ind. Rom.* 1681.

Sanctes Pagninus .

Gente *Italus*, domo *Lucensis*; *Instituto Dominicanus*, clar. ann. 1510. Vir Linguarum *Orientalium* peritissimus. Plurima scripsit *in Scripturam Sacram*; sed non pauca, quo ad *Vulgatam Bibliorum Editionis* immutationem improbat; & si non omnia, quæ apud *Pagninum* displicent, ab eodem profecta sint, *Genevensium* interpolatione vitiosa. *Thesaurus Lingue Hebraice* ejusdem, donec expurgetur, proscribitur. *Ind. Trid.*

L. Cæl. Riccbier. Rhodiginus .

I*Talus* Natione, clar. ad ann. 1510. Vir infinitæ lectionis, reconditæ doctrinæ, asperæ dictionis, & eruditionis admirandæ, ex *Dempstero*. Hunc tamen, apud *Conrad. Heresbac. Pref. ad Lect. Libr. suorum, de Re Rustica*, Optimorum Authorum *fucum*, quidam convinciantur. Hinc fortè eidem id vitio datum, quod passim dissimulet *fontes*, undè *Veteres* hauserit *Narrationes*, ex *Vossio, de Idololat. L. 3. c. 84.* Obiit *Patavii, ann. 1520.*

Q9

Joan-

Joannes Cuspinianus.

Natione Germanus, *Suvinfurtensis* Medicus, & *Masimiliani* Imper. Orator, atque diligentissimus *Antiquitatis* Inquisitor, clar. ann. 1515. De sua *Historia Casarea*, non tam optime meritus, apud Eruditos. Liber ejus, cujus inscriptio: *Imperatorum, & Caesarum Vita*, cum Imaginibus ad vivam effigiem expressis, in *Ind.cert. Anth.* prohibetur, donec corrigatur. *Ind. Trid.*

Martinus Lutherus.

Germanus Gente, domo *Saxo Islebiensis*, Leone X. regnante in Petri Sede, ad ann. 1517. recentiorum *Hæreticorum* Parens effectus est. Acris ingenii, sed animi indocilitate obstinior. Ann. ætat. 20. ab ictu fulminis Sodalem suum interimentis, perterrefactus, *S. Augustini* Habitum *Erfordia* sumpsit. Ad ann. 1504. Missis à Leone X. *Indulgentiis* plenissimis, spe excitandi Principes ad *Christianitatis* tutamen, iisdem, non jam per *Augustinianos*, ut consuetum erat, sed per *Dominicanos* publicatis, *Lutherus* cacozelo laceffitus, aperto Marte contrà *Indulgentias* est debacchatus. His præmissis, ad pejora lapsus, penè in cuncta *Orthodoxa* Dogmata, maledicta conjecit. Hinc à Leone anathemate percussus, pertinax, excocullatus, cum *Catharina de Bore* Sanctimoniali, connubium habuit. Denique totus *Diaboli* factus ann. 1546. proprio in lecto repertus extinctus, vel suffocatus, sexagenarius periit. Plura scripsit, cunctaque ab *Eclesia* reprobata; nec pauca à suis impetita, illum *Ardelionem*, Virumque animi impotem fugillantibus. *Quæstionum Theologicarum Rapsodiam* potius quam

quam *Commentaria* in *Scripturæ Contextuum* confarcinavit, cunctaque *Grassa Minerva* loquutus, sui arbitrii potius sensus, quam *rationem* sequutus est. Ex *Riccard. Simon. Crit. V.T. L. 3. c. 14. Gall.*

Paulus Æmilius.

Patria *Veronensis*, gravitate, judicio, & eloquentia eminens, *clar. ann. 1520.* Scripsit *de Rebus Francis;* sed multa in iis deserit graviora, & illustriora: non pauca fingit, & calami *impetu* quædam interpolat, ex *Joan. Henr. in Pref. Ser. Caf. Obiit ann. 1529.*

Thomas de Vio.

Gente *Italus*, patria *Cajetanus*, *Ord. Prædicatorum* Generalis Mag., *Cajeta* Antistes, ac *S.R.E. Cardinalis*, *clar. ann. 1520.* Vir fuit pusilla statura, sed ingenti animo, summo ingenio, nec minori pietate *Homo.* Plura scripsit, & doctè; sed de suis *Commentariis in S. Scripturam*, non tam benè, apud *Huvetium*, *de Clar. Interpr.* scripsisse dicitur; undè alienæ eruditiones foetura exclusisse, creditus est; *Judicent Peritiores.* Obiit *Romæ ann. 1534.* De suorum *Operum Cristerio*, consulè *Melchior. Can. de Loc. Theol. L. 8. c. 3*

Cornelius Agrippa.

Domo *Coloniensis*, *IC. & Medicinæ Doctor*, *clar. ann. 1520.* Ipsum *Magum* fuisse, & *Canis nigri specie Cacodæmonem* circumduxisse, demonstrat in suis *Flogiis* *Paulus Jovius*; quamvis *Joannes Wierus*, *de Prestig. Demon. L. 2. c. 5.* id merum commentum affirmet.

Qq 2

Non

Non ambigitur tamen præ ceteris, in sua *Occulta Philosophia*, multa impia consarcinasse, adeoque ex Christiana *Censura*, Edicto vetitum *Opus* fuisse, ostendit laudatus *Jovius*. Miserè obiit apud *Lugdunum* in igniobili, & tenebricoso diversorio, ab omnibus derelictus, ac funerali pompa privatus. *Anno 1534.*

Petrus Bembus.

Patritius *Venetus*, Sanguine illustris, & Literis, clar. *ann. 1520.* Orator, Poetica, & Historicus sui ævi nulli secundus. Hinc ob præclara ejus merita, in Senatu Apostolico, Cardinalis electus est. Julius Cæsar Scalliger, *de Re Poet. p. 800.* Eum sugillat, quod *Christum* Dominum Heroa vocitarit, ne argutetur quispiam, ut dicit, *Heroem à Semisse Deum*, ex altero semisse *Hominem*. Non possunt sanè Monstrorum fragmenta vero Numini convenire. *Benacus*, ipsam tenuitate accusat. A sua *Ara Corycia* tuetur Author, non verò è contrà. De sua *Historia*, apud *Tessier. in Elog. Vir. Erud. Gall.* non benè meritis, præsertim inverisimilitudine allata, narrando, *in Apulia*, duodecim plaustra Volatilibus fuisse onusta, dum in Aere, hæc aperta pugna se invicem interemerunt. *Roma* obiit, *ann. 1547.*

Alexander de Alexandro.

Neapolitanus Jurisperitus, ad *ann. 1522.* floruit *Genialium Dierum* Auctor, Operis multijuga eruditione referti, & Promptuarii Antiquitatis instructissimi, ex *Tobia Magiro*, in suo *Epinomol. Crit.* Improbant in eo Critici, & Card. *Bona*, *de Divin. Psal.* quòd Authores dissimulat, per quos profecit. Præ aliis, sic *Barclius*.

contr.

contr. Monerchomac. Alexandro ab Alexandro malus perpetuè mos est, nullum suis *Doctõribus* gratiam referre; nullum, inquam, laudare Auctorem, nec fontes, undè sua hauserit *Collectanea*, indicare.

M. Angelus Accursius.

A *Quitannus*, Magni iudicii Vir, & Literarum, floruit ann. 1524. Ad quinque *Ammiani* Libros, *Sextum* adiecit dicitur, ex *Topp. in Biblioth. Neapol.* Sed falsò apud Eruditos cordatiores. Vide *Nicod. in ejus Suppl.*

Act. Sync. Sannazarius.

N *Eapolitanus* Patricius, floruit ann. 1530. Vir inter *Etruscos* Princeps, *Latinosque Poetas*, qui cum ipsa antiquitate certare potuit elegantia, eruditione, atque dulcedine. Plura exaravit, metro, & prosa conspicua, potissimum illud *Poema* nunquam satis laudandum, *de Partu Virginis*, à Sum. Principibus, ac Eruditis eunctis complexum, extimatum, expetitum, *Erasmo* dum taxat excepto, qui de eo, sic in sua *Ciceronianæ Tolosæ* edit. iudicium profert. Meo quidem suffragio (dicit) plus laudis erat laturus, si materiam Sacram tractasset aliquantò sacratius; qua quidem in re, leviùs peccavit *Baptista Mantuanus* (Carmelita) quamquàm & alias in huiusmodi argumentis uberior. Nunc quorsum attinebat hic toties invocare *Musas*, & *Phebum*? Quid, quod *Virginem* fingit intentam præcipuè *Sibyllinis* Versibus; quod non aptè *Proseum* inducit de *Christo* vaticinantem, quod *Nympharum*, *Amadryadum*, & *Nereidum* plena facit omnia? Quàm durè respondet Christianis auribus *Versus* ille,

ille, qui, ni fallor, *Virgini Matri* dicitur:

Tuque adeò spes fida hominum, spes fida Deorum &c.
Sed optimè vindicatum à *Lilio Gregorio Giraldis*, in *Dialog. 1. de Poet. nostr. temp.* cuncti omni laude dignum existimant, & venerantur. Obiit ann. 1533. Cujus in Tumulo:

*Da Sacro Cineri Flores, Hic Ille Maroni
Sincerus Musa Proximus, ut Tumulo.
Vixit ann. LXXI. Ann. Dom. MDXXX.
Cardin. Bembus.*

Joan. Pierius Valerianus.

B *Eluni*, Venetiarum Oppido natus, flor. ann. 1530. & si modicæ fortunæ Vir, literarum tamen Encyclopedia ditissimus fuit. De suis *Hieroglyphicis*, inrer cætera ejus edita *Monumenta*, optimè meritis, quæ ab Antiquis Authoribus cuncta corrasit, ex *Isaac Bullart*. Obiit ann. 1550.

Martinus Bucerus.

N *Atione Germanus*, *Instituto Dominicanus*, Vir doctus, sed impius, flor. ann. 1530. Sub nomine *Aretii Felini*, leguntur *Commentaria in Psalmos*, quæ *Bucero* sunt restituenda. *Angliæ* obiit, ubi *Ossa* ejus effosa, *Maria* Regina jussu, cremata sunt, ann. 1560.

Sebastianus Munsterus.

G *ermannus* Gente, Ord. *Minoritarum* Apostata, *Hebrais* Literis, & *Mathefi*, celebris, sed *Protestantium impietate* cunctis deformior. Vixit ann. 1530. Plura scripsit

scripsit *Exotica*; sed in sua *Biblica Versione*, nedum illud hallucinatum agnovit Richar. Sim. *Hist. Crit. T. 5. L. 2. c. 21. Gall.* sed eam *Scalig. post. ex Pagnino* totaliter hausisse commemorat. Peste periit, ann. 1552.

Hieronymus Fracastorius.

Verona natus, Genetrice extincta à fulmine, ipse illæsus evasit. Clar. ann. 1530. Vir fuit in omni Scibili versatissimus. Plura scripsit *Medica, Philosophica, Poetica, Historica*, inter sui ævi Eruditos, nulli secundus. Præ ceteris, in *Syphillidis* suæ Poemate, vel de *Morbo Gallico*, incomparabilis; reprehensus nihilominus à Scaligero, L. 6. de Re Poet. ex eo quod negaverit præter *hominem*, Animalia cuncta morbo gallico tentari, experimentum habente de *Cane* ea luc capto, cum ille *Heri* sui *Emplastra* linxisset. Statuam Marmoream meruit post obitum, ann. 1553.

Gulielmus Budeus.

Parisiensis, omnium Scibilium, Linguarumque peritia summus, clar. ann. 1530. Culpator à Josepho Scaligero, quod *Gallicas Voces à Græcis* originem duxisse, dicerat. Obiit ann. 1540.

Eugubinus.

DE sua Origine, & ætate, multa multi dicunt. Plura scripsit; sed de sua *Cosmapra*, non tam optimè meritus apud Eruditos; Multos etenim in ea contentis (*Rabbinorum* fabulis addictus) heic pariter assensum præbuit, quòd nimirum *Androginum* Adamum Deus con-

condiderit (id simile finxit Franciscus Georgius T. 1. *Problema*.) Corpusque ex utroque Sexu biforme. Si namquè Vir, & Mulier in uno, eodemque Corpore Adæ compacti essent, (ut pariter insinuavit Plato, in *Conviv.*) non dixisset *Moyfes in Gen. 1. Masculum, & Fœminem creavit eos, sed eum*. Sed de his, & similibus Consule Natalem, *Hist. Eccl. V. T. T. 1.*

Andreas Tiraquellus.

Natione Gallus IC. & *Parisiensis* Senator illustris, ac in suis *Monimentis Varro* secundus, flor. ann. 1530. Perperam fugillatus à *Chassaneo*, quod non pauca ex *Veteribus Lectionibus Cæli Rhedogini* hausisset. Obiit 1558.

Andreas Alciatus.

Gente *Italus*, patria *Mediolanensis*, Sanguine Nobilis, sed *Juris Prudentia* ceteris nobilior, clar. ann. 1535. adeoque à *Carolo V.* tanti Viri meritis incitato, in *Mediolanensium Senatorum* album suffectus est. Inter cetera sui egregia *Monimenta*, extant *Emblemata*, plurimum à *Criticis*, sed potissimum à *Scaligero*, *Lib. 6. de Re Poet.* commendata, non minùs quàm *Juridica*, sive *Legalia*; sed cuncta Eum ex *Robertello*, & aliis desumpsisse, *Carolus Sigonius, c. 68. T. 2. Lamp. Crit. p. 186. & 243.* ostendit.

Bildius Rhenanus.

Germanus gente, in *Selestadii Alsatia* Oppido, ortum habuit. Vir in humanibus Literis antiquitate, & cru-

& eruditione excultissimus, clar. ann. 1535. Plurima scripsit *Exotica*; sed *Scholia in Tertullianum*, prohibentur in *Jud. Trid.* Ejus postea *Epistola, de Primatu Petri*, ubicumque edita, ejusdem judicio proscribitur, *Append. Cert. Auth.* Quo ad ejus *Religionem*, si fides *Bezae* tribuenda sit, quamvis *Rhenanus Protestantium* Sectam approbavisset, non minor *Erasmo*, ut dicitur, aperte nunquam professus fuerit.

Albertus Pighius.

NAtione *Belga Campensis*, *Adriani VI. Papæ* familiaris, ac in suis variis *Legationibus* venerandus, clar. ann. 1535. Plura scripsit *Astronomica*, *Dogmatica*, *Apologética*, adeò ut *Catholicorum Achilles*, adhuc ab *Ethorodoxis* vocatus sit. Vir acutissimi ingenii, *Theologus Philosophus*, *Mathematicus peritissimus*, ex *Card. Bona*. Sed *Liber* ejus, de *Ecclesiastica Hierarchia* (ut ille dicit) cautè legendus est, cum non semper solidam amplectatur doctrinam. Fortè apud *Antonium Possevinum*, dum de *Peccato originis: de Prædestinatione Dei*; ac *Gratia Christi* *Tractatum* habet; à *D. Augustini* doctrina, non parum dissentire videatur; ideoque nil mirum, quod ab *Ind. Madrit. Edit. ann. 1667.* *Libri X. Pighii de Libero Arbitrio*, contra *Calvinum*, ejusdemque *Controversia, de Peccato Originali*, proscripti sint.

Gabriel Fallopius.

M*Utinensis*, sanguine illustris, sed *Philosophia* celebrior, clar. ann. 1535. *Anatomicorum Sidus*, & exemplar. In suis *Monumentis Medicis*, & *Astrologicis* admirandi ingenii, summique candoris *Homo*. Circum-

R r

fertur

fertur sub *Fallopis* nomine *Liber Italicus*; inscriptus, *Arcana Varia*, & *miraculosa*, in tres Libros distincta, edit. Venet. 1569. in 8. sed *Fallopia* nostro suppositus. Foetus quippè genuinus debetur *Joanni Bonac.* apud *Tesfier.* *Elog. Vir. Erud. Gall.* Obiit Patavii; ann. 1563. Septuagenarius.

Jul. Cæsar Scaliger.

Propè Lacum *Benacum*, Castro Ripa oriundus, sanguine *Principum* quondam *Veronensium* illustris. Ex Monacho *Minorita*, Bellator in Militia factus, Equitis Magistri titulum promeruit, & palmam. Doctrinâ & eruditione, nulli secundus, ut ejus varia *Monumenta* satis demonstrant. *Criticus* acris, *Poeta* excellens, *Philosophus* acutus, & in *Medicina* *Æsculapius* alter, clar. ann. 1535. Plurima concinnavit; sed præ ceteris, *Caspar Barthius* refert, *Cæsarem Scaligerum* Operis *Poetices* materiem ex *Italia* trans *Alpes* tulisse, *Celio Rhodogino* debitam, ad *Claud.* p. 972. & 973. & *Vossius*, de *Idololat.* L. 3. c. 59. subjungit, quod in *Exercitationibus* suis, debet *Joanni Leoni*; ideòque utcumque *Scriptoris nomen* semper suppresserit, maximè in Opere *Subtilitatum*, adversus *Cardanum*, ut habet *Hist. Lat.* p. 678. Ejus de *Sapientia*, & *Beatitudine*, *Lib. 8.* prohibetur. *Commentaria in Theophrastum*, ac ejusdem *Poemata* corrigenda jubentur ad *Ind. Madrit.* edit. ann. 1667. Obiit *Aquitaniæ*, 1558.

M. Hieronymus Vida.

Patria *Cremonensis*, ex *C. R. Lateran.* Episcopus *Alba* creatus, floruit ann. 1535. *Virgilii*, & *Sanazarii*
amu-

æmulator, plura adhuc *Sacrâ* versibus concinnavit. Ex Jul. Cæs. Scaligero, *Hymni*, & *Ectoga*, puerilia olent, atque plebeja. Et in *Christiados Lib.V.* non pauca inconsona, & inverisimilia leguntur. Apud *Tessier. Gall. Elog. Vir. Erud.* Obiit ann. 1566.

Nicolaus Francus.

Patria *Beneventanus*, Græca, & Latina Eruditione peritus: *Petri Aretini* juratus hostis, flor. ann. 1535. Plura *Typ.* donavit, sed *Satyrica* nimis, propter quæ, jussu *Pii V. Sum. Pontif.* Cruci suspensus, senio excessit.

Theophrastus Paracelsus.

Helvetiorum *Vico, Hohenheim* dicto, oriundus, *Aristotelis*, *Galenii*, & *Avicennæ*, suis Principiis, *Sulphure*, *Sale*, & *Mercurio*, Contemptor maximus, clar. ann. 1545. Spiritu familiari usus fertur, quem capulo ensis inclusum habuisse, putabatur. Plura *Monumenta* composuit; sed non omnia esse de nihilo, apud *Thomas. de Plag.* Non pauca, *Cratone* testante, *Medicamenta*, à quodam *Libra-cujusdam Monachi Ulma*, antè 200. ferè ann. scripto, perspicuè deprehendit. Multa ex *Basilii Valentini* Scriptis, suppresso *Authoris* nomine, in suam transtulit, apud *Conriginum*. Obiit ann. 1541. & qui longævam aliis, suis *potulis*, *chymicisque* liquoribus, vitam pollicebatur, *quadragenarius* excessit. Verè *delirus* à *Carolo V.* appellatus, dum eum maximè sua *Chymia* ditaturum promisit.

Franciscus Vatablus.

Gente *Gallus*, domo *Ambianensis*, clar. ann. 1535. In signis doctrinæ Vir, & in Veteribus Hebræorum *Monumentis* diligentissimus perscrutator extitit, *Hebraica*, & *Græca* Eruditione summè præclarus. Quidam judicarunt, apud *Tessier. Rodolphum Gualterum* Authorem esse *Versionis Bibliorum*, quæ *Vatablo* adscribitur, Alii, *Bertinum* volunt. Ut res sit, hæc *Nota* in summo habentur prætio, apud Eruditos. Obiit 1547.

Nicolaus Copernicus.

Toruniensis *Borussus*, Canonicus *Varmiensis*, flor. ann. 1536. Vir planè inter summos Mortalium numerandus. Sua *Cælestium Revolutionum Monumenta*, *Astronomiæ thesaurum pretiosissimum*, volunt cuncti Periti. Hypotesin verò illam, quam & ipse seriò propugnat, & ejus Sequaces pertinacia tuentur. *Solis* videlicet in *Orbis medio quietem*, & *Terreni Globi motum circularem*, non solum à communi *Hominum sensu* abhorrere, sed (quod multò maximum est) *Scripturis Sanctis* perspicuè repugnare, certò scimus. His præssi, vanum est ad effugium illud recurrere, *Scripturas*, ex vulgari quadam *hominum opinione loqui*, ut *Orthodoxi* sine hæsitatione demonstrant. Ideòque meritò *Opus* illud cum *Libris omnibus Terra docentibus mobilitatem*, *Sole ipso stante*, prohibetur in *Ind. Rom. S. Mar. 1616.*

Fla-

Flaminius Nobilius .

Patria *Lucensis*, Vir Græca, & Latina Eruditione sublimis, clar. ann. 1537. De eo, ac suis *Monumentis* hæc habet præ ceteris Huvetius, *de Clar. Interpr. p. 100. Italam illam Scriptura Sacra Editionem* (ut dicit) totam ex *Latinorum* Scriptis, maximò labore collectam, confarcinare, & renovare studuerit *Flaminius Nobilius*; attamen cum pannos illos à *Patribus* undequaque corraserit *Nobilius*, & non *Italam* unam, sed complures alias, passim tunc temporis emergentes, & omnium usui permissas promiscuè *Patres* usurparent; immò pro captu suo loca ex tempore sæpè converterent, vel ab aliis conversa memoriter recitarent; cumque ex LXX. Senum Editione *Korn* profecta sit *Italica*; *Sixtina* autem, quam illam esse *Hexaplis* intextam, Eruditi propugnant, *Nobiliana*, consentiat; certissimum est, non faciliùs in *Nobiliana Italam*, quàm aliam quamlibet reperiri posse.

Petrus Victorius .

Patria *Florentinus*, clar. ann. 1540. *Variarum Lektionum* 38. *Libros* composuit, & quidem doctè, eruditioneque plenos, adedut sui ævi ingeniorum Princeps habitus sit. Inter *Plagiarios* tamen eum anumerat *Thomas. de Plag. n. 573.* eò quod nunquam sibi visos citet *Auctores*, è quibus notitiam talium acceperat. Obiit 1585.

Joannes Sleidanus .

Gente *Belga*, inter *Historicos* sui temporis facillè Princeps, clar. ann. 1540. In suis *Monumentis* Possi-

sevinus, Mascardus, & Bartholomeus Latomus, mendacii, eum accusant, à *Thuano* vindicatum. Judicent Peritiores; id dum taxat verum, quod inter Hæreticos prim. Class. in *Ind. Rom.* rejicitur.

Carolus Molinæus.

Gente *Gallus Parisiensis* IC. ac Regius Consiliarius, flor. ann. 1560. literis, & eruditione clarissimus. Plura scripsit; sed multa ex ejus *Monumentis* sub nomine *Gaspari Cabalini* excusa leguntur. Sive id ex invidia, sive alio ex fine, apud *Tessier. Elog. Vir. Erud. Gall.* factum sit, videant Peritiores. Ne verò illum, ex *Spondano*, ad ann. 1564. sicut vivum, ità & mortuum omninò damnemus; tradit *Massonus* in ejus *Elogio*, ab eo sub mortem vocatus fuisse tres præcipuos Theologos, *Claudium Espensem*: *Curtium* pastorem S. *Andræ*, in cujus Parochia domicilium habebat, & *Renatum Bonellum*, Collegii *Plesæi* Præfectum, qui ei morienti adstiterunt. Ut spes sit, vel tunc respuisse à suis erroribus, & in communionem Ecclesiæ decessisse, *Paris. ann. 1566.*

Paulus Jovius.

Luculentus *Historiarum* Scriptor, ex *Miræo*, *Novocomi* apud *Insubres* natus, à *Clemente VII.* Episcopus *Noceræ* creatus, Concilio *Tridentino* interfuit, & ann. 1552. exeunte III. Idus Decembr. *Florentiæ* diem extremum clausit, cum ann. 69. & menses 7. vixisset, in *Basilica S. Laurentii* ibidem sepultus. *De Elogiis Virorum Illustrium* optimè meritus, à multis æmulatus, sed nemo parem gloriam cum eo assequutus est. Multi quidem eum fugillarunt, sed inaniter quod sciam. Id solum in

co

eo culpandum , ex Lipsio , in *Not. ad 1. Lib. Polit.* quod plurimum in gratiam se dederit , & auram . *Vasto Medicis* nimis ex professo addictus . *Orationibus* quoque , aut frigidus interdum , aut ineptus . De cetero , ob multiplicem suam , perdulcemque eruditionem laudandus , atque legendus . *Ejus Opera* , inter Libros expurgandus locum habent , in *Ind. Madrit. edit. ann. 1667.*

Robertus Stephanus .

Gente Gallus , domo *Parisiensis* , Typographus *Regius* , Linguarum eruditione conspicuus , clar. ann. 1540. Plurima edidit ; se de *Eo* , ac de *eius Operibus* , audiatur præceteris *Thomaf. de Plag. num. 549.* Robertus Stephanus (ut ait) in *Elucidarium suum Poeticum* , ex *Anthologia Volaterrani* pleraq; *Virorum* , ac *Mulierum* nomina sic describit , ut alicubi etiam *errores* ejus faciat suos , alibi *novos* à se addat . Agnoscerem , si *Lectorem* suum appellans , *Volaterrani* fecisset apertam mentionem . *Genevæ* periit *Hereticus* , ann. 1547 .

Basilus Zanchius .

Congregationis *Lateranensis* *Canonicus Regularis* , *Vaticana* , *Bibliothecæ Custos* , clarè flor. in *suis Annotationibus ad Scripturam Sacram* , ann. 1545 . *Quæstiones* verò in *A. Lib. Regum* , duosq; *Paralipomenon* , ex *Theodoretii* potissimum *Monumentis* , deflorasse , & latinè vertisse , docent *Eruditi* .

Pe-

Petrus Galatinus.

Gente *Apulus*, ex *Judæo Christianus*, & ex *Minoritano* Ordine Cardinalis creatus est, ann. 1516. Plura scripsit; sed *Opus de Arcanis Catholica Veritatis*, in Lib. XII. digestum, totaliter ex *Raymundi Martini Pugione* compilavit; Undè à *Joanne Morino, Exerc. Bibl. 1. c. 2. p. 16.* inter *Plagearios* collocatur.

Franciscus Rabalesus.

Natione *Gallus*, olim *Minorita*, Græcis, & Latinis Literis apprime instructus, linguisq; exoticis eruditus, clar. ann. 1540. Vir *Democritica libertate*, & *scurrili dicacitate* nulli secundus. *Satyricus summus* in suis *Monumentis*, & inter *Atheistas* à non paucis enumeratus. Obiit ridendo, & jocando, ann. ætat. 70.

Polydorus Virgilius.

Gente *Italus*, *Urbinate*, ab *Henrico Angliæ Rege*, ob *Literarum merita* *Flamen Londinensis* electus est; Clar. ann. 1540. De sua *Historia Anglicana*, non sic optimè meritis extitit. Undè de eo sic *Ovvenus*
Virgilii duo sunt, alter MARO. Tu POLYDORE
Alter. Tu mendax, ille Poeta fuit.

Hinc à *Card. Bona* sæpè *futilis*, & *mendax* pariter in suo *Libro de Inventoribus Rerum* fugillatus fuit. Hic *Liber de Inventoribus*, qui antea prohibebatur, nunc expurgatus, & *Roma* excusus, jussu *Gregorii XIII. 1576. in Ind. Trid.* permittitur.

Hic-

Hieronymus Cardanus .

Gente *Italus*, patria *Mediolanensis*, flor. ann. 1544. Plura scripsit inventione plena, ingenio profundo, & incomparabili, ex *Scaligero*. Sux *Judiciaria Artis* Impius Auctor, amens, & impiæ audaciæ impostor, dum *Astrorum* commentitiis legibus ipsum *Astrorum* in *Dominatorem* pariter subjectum voluit. Mortem suam inedia accelerasse dicitur, ne in suo calculo eumentiretur, ann. 1576. Ejus Opera de *Sapientia*, de *Varietate*, de *Subtilitate*, de *Consolatione*, *Commentaria in Quadripartitum Ptolomei*, de *Genitaris*, & reliqua omnia, quæ de *Medicina* non tractant, prohibentur, nisi corrigantur.

Joannes de Casa .

Patricius *Florentinus*, *Archiepiscopus Beneventanus*, patrio, & latino Carmine insignis, clar. ann. 1545. *Vitas Petri Bembi*, & *Gasparis Contareni* jucundè scripsit. In *Galatheo* sublimis fuit; & disertus in suo *Catalogo Hæreticorum*. In suis verò *Poematibus* in juventute concinnatis, obscenus nimis; hinc à *Cardinalatus* thessera (ut dicitur) meritò summatus. Obiit ann. 1556.

Joannes Calvinus .

AD ann. Chr. 1545. Gente *Gallus*, *Noviodunensis* *Canonicus*, ex *Bussier*. *Flos. Hist.* quasi post *Lutherum* non affatim esset pestis *Europa*, novam invexit luem, seu *Chymeram* ex *priscis Hæresibus* conformatam, dum apud *Germanos* dissidentes discit diffidere. Vir subtilis ingenii, larvam virtutis obtendens vitiis, *Gallos* inter novorum

cupidos, tantum brevi excitavit incendium, ut eo mox conflagraverit *Galliam*; dum Ipse *Genevam* secedens, quasi novus *Nero* ardentem patriam speculabatur. Octavo post anno acerbissimis doloribus ibidem extinctus est, inter animi morsus, & Corporis morbos discerptus, *Reza* dignus Magistro discipulus relictus est, per quem non liceret insipientibus sapere. Multa sub anagrammatico nomine *Alcuini ex Oecolampadii, & Melanctonis Monumentis* excerptis. Hinc cum suis *Operibus* inter Hæreticos *prim. Class. Ind. Rom.* reicitur.

Georgius Buchananus.

Gente *Scotus*, in *Levinia* natus, clar. ann. 1545. nē dum eximius *Poeta* ex *Turnebio, Advers. L. 1. c. 2.* verum etiam Vir omni liberali eruditione, non leviter tinctus. Plura scripsit pedestri, & soluta oratione. Quicquid tamen, ex *Papino, Animadvers. in Hist. Sect. 28. Gall.* habet boni, *Veteribus* suffuratus est. Inter Hæreticos *prim. Class.* collocatur *in Ind. Rom.* ac ejusdem *Monumenta* cum *Authore* ipso reprobata.

Gulielmus Postellus.

Gente *Normannus*, obscuris parentibus ortus, clar. ad ann. 1550. Vir in omnium Literarum encyclopaedia eruditissimus, Linguarum exoticarum peritia insignis, ac sua *Peregrinatione* præclarus. Plura scripsit de *Republica Atheniensium, de Cosmographia Terræ Sanctæ, de Nevruria, de Orbis Terræ Concordia*, ac de aliis insignia. Sed multa in iis inepta, impia, & ab Orthodoxa doctrina aliena, quæ non nisi stultus docere potuit; & Sanè nam pro infano habitus fuit ab Eruditis. *Animam Adami*
se

se se habere jactavit: *immortalem* se esse dixit: Fæminas per Fæminam salvari; tum maximè per quamdam *Virginem* Monialem Venetam; quemadmodum Viros per Hominem *Christum*. Multaq; alia indigna. Hinc inter Hæreticos *prim. Clafs.* locum habet *in lud. Trid.* Senio decessit, ætatis suæ ann. 96. ann. 1581.

Jo: Carolus Bovius.

Patria Bononiensis, Archiepiscopus *Uria*, & *Brundu-sii*, Literis, & Sanguine clarus flor. ann. 1550. Plura scripsit; sed de sua Gregorii Nysseni *Traductione*, contendunt Eruditi. Obiit *Hastuni*, ann. 1570.

Andreas Vesalius.

Ortu *Bruxellensis*, clar. ann. 1550. *Gymnasii Pasavi-ni* egregium lumen, ac diligentissimus *Anatomes* Corporis humani Instaurator. *Aulicæ vitæ* apud *Carolum V.* pertæsus, *Hierosolymam* adiit, à qua redeunte, in *Zacynthum* Insulam, tempestate quassatus, ejectus est, ubi morbo sauciatus, in *Tuguriolo* miserè excessit, ann. 1564. Hunc, *Nicolans Massa*, tacitè perstringit, & velut *Plagearium*, furtivis pennis, instar *Coricula Æsopica* exornatum sugillat. Ex *Thomas. de Plag. num. 571.* Quod ipsemet postea *Hierosolymam* petiisset, ad expiandum *scelus* illud, quod videlicet adhuc *vinum* dissecasset cujusdam *Cadaver*, *Languetus* id nobis venditavit.

Ignatius Loyola.

Gente *Hispanus*, qui per tirocinium patientiæ, ad *Sanctitatis Culmen* eVectus, prudentiæ, & humilita-

litatis specimen fuit, & miraculum. Clarissimorum Virorum *Societatis Jesu* Parens, & Conditor, clar. ann. 1540. Plura scripsit pietate exornata; inter quæ ubiq; circumfertur *Exercitiorum Spiritualium* Libellus, quem, non pauci ex Criticis, *Garcia Cisnerio Benedictino* adjudicaverunt; sed immeritò, cum ex, *Testimoniis Rom. Pontificum* constet, ipsum genuinum factum, neminem, quàm *Ignatium* habere parentem. Sanctissime obiit 1551. SS. factis adscriptus 1633.

Emmanuel Sà.

Gente *Lusitanus*, *Societatis Jesu*, clar. ann. 1550. Vir eloquentia, & eruditione mirificus, & Sacrarum Literarum interpretatione facundus. Plura exaravit; sed sunt nonnulli Critici, asserentes, *Emmanuelem* nostrum, non pauca ex *Francisco Vatablo* deflorasse, atq; in suas *Annotationes in Scripturam Sacram* convalesse.

Joannes Balæus.

Natione *Anglus*, domo *Suffolciensis*, Institutum olim *Carmelita*, postea impius *Apostata*, & fidei Orthodoxæ desertor, ann. Chr. 1552. Episcopus *Consecratus Ossoriensis*, *Maria* regnante, profugus, atque à Piratis captus, & venditus, libertati postea donatus, in *Angliam* revertitur, *Elisabetha* dominante. Vir doctus, & *Antiquitatum Britannicarum* non ignarus investigator. *Lelandi Catalogam* auxit, sed fædissimus Scurra, ex *Pitseo*, cuncta mendaciis, & calumniis, turpiter conspurcavit. Hinc inter Hæreticos *prim. Class.* numeratus. in *Rom. Ind.* periit maledicentissimus contra *Rom. Sedem*, *Eucharistiam*, & *Missam*; Obiitq. *Cantuar.* 1563.

Vvol-

Vvolfangus Latius.

N Atione *Germanus*, patria *Viennensis*, professione Medicus, & Philologus, clar. ann. 1555. Vir fuit multæ industriæ, & lectionis; in quo tamen, ex *Vossio*, de *Scien. Mathem. c. 44.* plus iudicii desideratur. Hinc à *Scalig. post.* sugillatus, quod è *Scriptoribus* multa corraferit, atq; suis *Monumentis* confarcinavit. Cæterum in suis *Commentariis Romanorum, Græcorum, Germanorum*; exoticam, nec injucundam eruditionem quisquam reperiet.

Jacob. Aug. Thuanus.

D Omo *Parisiensis*, sanguine, ope, & literis clarus, ad ann. 1555. flor. In *Historia, & Poese* insignis. Suorum adulator extitit. *Verba* pariter *Authorum*, quibus est usus, retinuit; nec parum *Rerum* nomina perturbavit, ex *Mascard. Chytraum* compilavit in *Rebus Germanicis*, verbis leviter immutatis, ex *Konring.* Anno 1717. è vita excessit.

Franciscus Robertellus.

G Ente *Italus*, domo *Utinensis*, Rhetor, & Historicus insignis, sed in *Scriptores maledicus*, flor. ann. 1555. Plurima scripsit ad *Romanas Antiquitates* pertinentia. Multis, eum, nominibus *Belluarum* sugillat *Scalig. 11.* atque maximum *Corrasorem* autumat. Obiit *Patauii*, anno 1567.

Adria-

Adrianus Turnebus.

HOrmannus gente, singulare sui Sæculi Decus, linguæ, doctrina, & eruditione, clar. ann. 1555. Mirabilis in suis *Monumentis*, maximoperè in *Adversariis*, Opus sanè inimitabile apud Eruditos; de quo *Pasque* refert, quod in *Germanorum* Lyceis, quotiè *Turnebus*, vel *Cujacius* citabantur de *Suggestu*, mox *Pileum* cuncti deponabant, ob *Hominis* reverentiam. Ejus *Opera* intres *Tom.* distributa, *Edit. Argentor. 1600.* inter *Libros* expurgandos numerantur. *Ind. Madrit. Edit. 1667.*

Guilielmus Rondeletius.

Montispeffuli natus, ann. 1507. ejusdem Accadamiæ *Anatomica* Cancellarius declaratus fuit. Vir extitit doctissimus, ac reconditarum *Natura* rerum insignis, clar. ann. 1555. In suis *Monumentis Medicis*, & *Philologis* satis conspicuus. Inter Cetera unum est, quod *Hominis* nomen maximè posteritati Commendarit, quod de *Piscibus* edidit, ex *Thuano*, ad ann. 1566. sed eo minori laude, quod illud potiùs *aliena* industriæ, quàm suæ debuit, nimirum, ex *Guilielmi Pellicerii*, Episcopi Montispeffulani, Viri rara eruditione ornati, *Commentariis* concinnatum, quod doctissimarum *Annotatianum*, quas ille in *Plinium* scripserat, magno *Literarum* dispendio amissarum, aut hætenùs suppressarum pars erat.

Jo: Coropius Becanus.

APud *Brabantos* natus, ann. 1518. divinarum, atque humanarum rerum, bonarumque *Artium*, ac *Lingua-*

guarum , Latinæ , Græcæ , atque Hebraicæ peritissimus fuit. *Clar. ann.* 1560. Hic, præ ceteris, ex Popa Blount, *Cens. Celebr. Auth.* paradoxum illud propugnare conatus est, *Linguam Belgicam* nimirum, quam *Cimbricam* vocat, omnium *Linguarum* esse antiquissimam, & ante *Diluvium* primis Parentibus usitatam. Hinc apud Doctos plurimum sigillatus fuit. Obiit *Trajecti*, ad *Mosam*, *ann.* 1572.

Franciscus Sixtus Senensis .

Gente *Italus*, Instituto *Dominicanus*, Doctorum Princeps, & ex *Montacutio*, *Exerc. 5. c. 3.* immensi laboris *Scriptor*, diligentia stupendæ, lectionis variæ, & eruditionis admirandæ; *clar. ann.* 1555. Inter cetera sua *Monimenta* varia, & docta, in sua *Bibliotheca* S. doctissimus. Imputatur dumtaxat à Criticis, quod Confratris sui *Anni Viterbiensis* absurda, deliramenta, crassioresque imposturas confirmarit. Ob. 1569.

Sebastianus Castalio .

Gente *Gallus*, domo *Allobrox*, modicæ fortunæ Vir, sed ingenio ditissimus, & literis, *clar. ann.* 1555. In sua *Translatione Biblica* (quam non pauci *Ethnicam* dicunt) valdè culpatur, nedum in suis *Vocabulis diminitivis*, sed etiam pluribus ineptiis, in multis: pro *Baptismo* nimirum substituendo *Lotionem*: pro *Angelo Genium*: pro *Fide* *Confidentiam*: pro *Ecclesia* *Republicam*: pro *Synagoga* *Collegium* &c. ex *Vossio*, *Par. 2. Inst. Orat.* p. 6.

Ulys-

Ulysses Aldrovandus.

Philosophus, & Medicus *Bonaniensis*, literis clarus, & sanguine, flor. ann. 1560. De sua *Naturali Historia*, rerum varietate, eruditionis excellentia, Scriptorumque ubertate insignita, nunquam satis laudatus; quem cum laudato Opere ad Astra extollunt cuncti, exceptis dumtaxat *Spanhemio*, de *Usu Numism. antiq.* & *Vossio*, de *Idololat.* L. 3. c. 91. Græcarum Literarum, ac Metricæ Artis, illum prorsus ignarum fugillantibus. Tandem visu orbatus, & sumptibus, pauperrimus in *Xenodochio* moritur, ann. 1605.

Franciscus Balduinus.

A*Trebatensis* IC. nobilissimus. Vir omniscius, & eruditione facundus, antea Hæreticus, exinde divina luce illustratus, ad veram fidem Catholicam reversus est *Clar.* ann. 1560. Plura scripsit; sed *Libellus* ille contra *Calvinum* editus, de *Officio pii Viri*, quem *Genevenses Balduino* adjudicarunt, *Cassandro* restituendus est. Liber ejus de *Legibus Ecclesiasticis*, atque *Civilibus*, Rom. Indice prohibetur.

Dionysius Lambinus.

Gente *Gallus*, clar. ann. 1560. Arca eruditionis locupletissima fuit ex *Ghilino*, *Theatr.* In omnifariis politionibus literis græcis, & latinis doctissimus evasit, ac inter sui evi Scriptores nulli secundus. Sed de eo hæc habet *Giphanius*, in sua *Epist. ad Muretum*. Deprehendimus Nos (dicit) *Lambinum* nostras *Emendationes* in eum
Scrip-

Scriptorem (*Cornelium Nepotem*) quas de Veteri Codice quem habemus , desumptas , in *Lucretiana Collectanea* conjecturam , sibi sumpsisse omnes . Obiit *ann. 1572.*

Matthias Flac. Illyricus.

A *Lbona* , illyriæ natus , Sanguine illustris , flor. *ann. 1560.* Homo vehemens , impius , hæresi infamis , furiosus , inquietus , Librorum heluo , atque sceleratus . *Melanctonis* juratus hostis ; Auctoritatis Pontificiæ Oppugnator ; de *Peccato Originali* potissimum , ac de præcipuis fidei Catholicæ articulis , impiè sensit , Hinc inter Hæreticos *prim. Class.* meritò numeratus in *Rom. Ind.* Periit *ann. 1575.*

Petrus Ramus.

Gente *Gallus* , domo *Veromendanus* , clar. *ann. 1560.* Vasti ingenii , profundæque eruditionis Vir , ac *Aristotelis* potissimum acerrimus Oppugnator . *Flura* scripsit ; sed Viri docti affirmant , pleraque ex *Laurentio Valla* , e *Ludovico Vive* illum hausisse , apud *Koning.* Imò ex *Antonio Tafsier. Elog. Vir. Erud. Gall.* fuit sugillatus , quod nimirum ex *Tractatu* laudati *Ludovici* , de *Causis corruptarum Artium* , cuncta corraserit argumenta , ut *Stagiritam* infringeret . Ejus *Lib. 1v. de Religione Christiana* prohibentur . Cætera ejus Opera permittuntur , si expurgentur , ex *Ind. Madrit. edit. ann. 1667.* Periit Hæreticus , interemptus à *Carpentariis* discipulis , (ut dicitur) atque in *Sequanam* Conjectus , *ann. 1571.*

Emmanuel Tremellius.

D Ono *Ferrariensis*, Patre Hebræo natus, flor. ann. 1560. Vir in Linguae Arabicæ, & Hebraicæ cognitione, non mediocriter tinctus. Quidam *Tremellium* accusant, quod nomine suo præfixo excudi curaverit *Syriaci Testamenti Versionem*, quæ *Guidonem le Feure de la Boderie* Auctorem agnoscebat. Sed *Franciscus Junius* demonstravit, *Tremelli Versionem* Typis mandatam fuisse ann. 1569. *Boderianam* verò triennio post, ex *Tessier. Elog. Vir. Erud. Gall.* apud *Pope Blount, Cens. Cel. Auth.* Ejus *Grammatica Chaldaea, & Syra*, Lugd. Batav. & Genev. apud *Henricum Stephanum*, 1579. permittitur, expuncta *Epistola Dedicat.* expurgata, & præmissa *Nota Authoris Damnati. Ind. Madrit. edit. 1667.*

Georgius Cassander.

G ente *Flader, Brugis* ortus, clar. ann. 1560. Vir utriusque linguae peritia, & antiquitatis cognitione præclarus. Plura scripsit, potissimum additus, ut *Protestantes* in *Controversiis cum Orthodoxis* conciliaret, sed labore vacuo, maximè in ejus *Libello de Officio pii Viri*, quem *Calvinus Balduinus* potiùs adscripsit. *Scripta* ejus pleraq; *Theologica*, in *Ind. Trid.* reprobata leguntur. Et si *Cassandrum* in extremo vitæ cuncta improbasse, *Ecclésiæque Clavibus* submisisse, docet *Sutholtus*.

M. Antonius Delrio.

N atione *Belga*, S. I. flor. ann. 1570. Exceptis dumtaxat *Josepho Scaligero*, illum in suis *Epistol.* lutum, & ster-

& stercus humani generis iniquè vocante, & *Salmas.* qui eundem non magnificet *in Solin. Edit.* Cuncti magni nominis Eruditi, ipsum Linguarum, Literarumque prodigium in sua *Operum Encyclopædia*, meritiò prædicant. *Lovanii* excessit, calculis excruciat, anno 1608.

Joannes Voierus.

Germanus gent e, professione Medicus, & Eruditio-
ne Exotica summus, clar. ann. 1570. *Commentaria*
reliquit de *Præstigiis Dæmonum*, & de *Observationibus Me-*
dicis. Sed à *Bodino* valdè reprehenditur, in suo Opere de
Præstigiis, quod nimirum ad *Atheismum* vergere videat-
tur. Inter Hæret. *prim. Class.* reponitur *Ind. Madr.*
1667.

Gulielmus Sirletus.

Calaber Stylensis, in varia Linguarum Eruditione
conspicuis. Ex Episcop. Scyllacen. Cardinalis
creatus, flor. ann. 1569. Plura scripsit, ex nostra *Panto-*
polog. Calabr. Sed de suo *Apparatu Biblico*, & de *Epistolis*,
ambigitur ab Eruditis, an talia aliquando scripsisset.
Obiit ann. 1587.

Silvius Antonianus.

Castellarum Oppido, in Valle *Silicia* oriundus, Poe-
ta elegans, & S. R. E. Cardinalis flor. ann. 1570.
Varia scripsit, & doctè; sed falsò eidem ad scribuntur à
Toppio in Biblioth. Neapol. Emendationes in Phalernum,
& in *Terentium*, Lib. 6. 565. apud Eruditos.

Hubertus Goltzius.

Oppido *Venloæ* in *Geldria* oriundus, clar. ann. 1570. fulgidissimum *Rei Antiquaria* Sidus, ac in *Græca*, & *Romana* Antiquitate *Varro* secundus. Plurima scripsit *Exotica*, & multifaria eruditione plena. Sugillatur verò à *Janson*. *Nov. Antiq.* p. 27. 28. quod *Martini Smetii* *Inscriptiões antiquas* suo nomine publicasset. Quod hisce *Verfibus* *Hadrianus Damman Gand* suo *Operi* præfixis, elegenter describit.

*Sed neque, se Goltzi desuit, quæ Smetius olim
Priva reliquisset Viduæ; sua dicere cunctis
Vendereque: Os homini! post liminione putasses
Vindicias peterent Manes, & posthuma proles.*

Michael Montanus.

Gente *Gallus*, *Vir sapiens*, sed gloriæ adhuc in humilitate inanis, flor. ann. 1570. De suis *Monumentis* non sic optimè meritis apud *Eruditos*. Multæ enim in iis prælixæ *Digressiones*, aliorumque *Excriptiones* videntur. Obiit ann. 1592.

Ludovicus Castelvitreus.

M*vrinensis*, peracris iudicii *Vir*, *Scriptorumque* *Censor* sæverus, & suprâ modum in *Anibalem* *Carum* criterio mordax, & subtilis fuit. Hinc diù exul à suis, ac à *Criticis* cunctis, & *Accademiis* in sua *Poetica Aristotelis* plurimum sugillatus, ann. 1571. sexagenarius obiit.

Joan-

Joannes Bodinus.

AD ann. 1570. gente Gallus, in *Andibus* natus, in *Carmelitarum* Cœtum aliquando coaptatus, Religionem mox, & Catholicam fidem *impiè* dimisit. Vir fuit sanè doctus, sed temerarius, & insolens. Plurima scripsit *Exotica*, & omnigena eruditione referta, sed pluribus erroribus, mendaciisque coacervata. Non pauca transcripsit ex aliorum laboribus, & præsertim ex *Libello in Varronem, de Lingua Latina*, qui *Scaligeri* foetus erat. Ejus Monumento *Demonomania. De Republica; & Rhodus ad facilem Historiarum cognitionem; Item Universa Natura Theatrum*, in *Ind. Rom.* impress. 8. ann. 1681. inter Lib. prohibitos rejiciuntur. Tandem peritifera lue extinctus, periit, ann. 1596.

Gerardus Mercator.

Juliano natus, clar. ann. 1570. Inter Mathematicos, Geographos, Chronologos *Coryphaeus* extitit. Ast in sua *Harmonia Evangelica, & Atlante Geographico*, ac in aliis suis *Monumentis*, errorum, perniciosorumque dogmatum, & Hæreseon numerus ingens occurrit, ex *Possevino*. Ejus *Chronologia* rejicitur, nisi expungetur. *Ind. Rom.* edit., ann. 1681. Obiit ann. 1595.

Joannes Maldonatus.

AD ann. 1570. Natione *Hispanus*, in *Betica*, natus, *Jesuita* eximius præfulsit, & *Veritatis historicae Hyperaspistes*, nec sine laude nominandus. Plura scripsit in *N. T. Commentaria*; sed quot Peritiores *Maldonatum*

NO-

nostrum ad Astra extollunt, Scaliger. II. ad ima deturbat, eundem fugillando, quod quæ bona habet in Monumentis, à Beza, & Calvino transcripserit, iisdem maledicendo, ut sua furta tegetet. Quod sanè de Viro tanto suspicari, piaculum est. Obiit Rome sexagenarius.

Marc. Anton. Muretus:

Gente Gallus, ortu Lemovicensis, clar. ann. 1575. Vir omni liberali eruditus cognitione, ac singulari eloquentia exornatus. Plura concinnavit, soluta, & metrica Oratione, in quibus, & Venus, & Musæ, choreas agunt. Sed ex Theod. Janson. Nov. Antiq. p. 27. Variantes Læctiones, Emendationesque Pinciani in Senecam, suas fecisse dicitur. Romæ excessit, ann. 1585.

Joseph Acosta.

Hispanus gente, Institutio Jesuita, flor. ann. 1575. Plura scripsit eruditione facunda, & doctrina conspicua. In sua Historia Americana sugillatur à Francisco Bacon. eò quod scripserit, ad Peruvia Maritima quasi semper Austros spirare, quos Marinos vocat; cum dumtaxat Zephyrus illis Marinus sit; Austler verò cum Borea, & Euro omnino Terrestris. Obiit ann. 1598.

Ferdinandus Imperatus.

AD ann. 1575. Patria Neapolitanus, professione Philosophus claruit. De suæ Naturæ Historia optimè meritus, Typ. excusa Neapoli; posteaque ann. 1672. Venet. iterum impress. Placcium, de Script. Anonym. & Pseudonoano;

doanonym. habuit contradictorem, qui *Nicolao Antonio Stelliola* tale Monumentum adjudicat. Nam, (ut dicit) 100. *Scutatos* a cepit ab Imperato *Stelliola* laudatus, ut nomen illi suum præfigere permetteret. Sed quàm indignè id coningat contrà varios Scriptores, & quidem nobilissimos, præsertim *Marantham, Fabium, Columnam,* aliosque, satis demonstrat *Leonardus Nicodemus*, in sua *Addit. ad Biblioth. Toppii.*

Gabriel Barrius.

F *Rancica* in *Calabria* superiori natus, clar. ann. 1572. virtutibus cunctis instructissimus. In *Geographia* doctus, in utraque *Lingua* peritus, in *Historia* comptus, cæterisque in *Scientiis* suo ævo præclarus. Non pauca *Monumenta* edidit, & sanè conspicua, de *Italia* laudibus. *De Aeternitate Urbis.* *De Lingua Latina*, ac demum de *Antiquitate*, & *Situ Calabria*, Opus, præ cæteris insigne, quinque in *Lib.* distributum, variisque *Typ.* *Rom.* & *Francofurt.* 1578. & 1600. impressum. Non pauci hoc *Ultimum Cardinali Sanctorio* adjudicavere *Eruditi*, apud *Leonardum Nicodemum*, in sua *Addit. ad Biblioth. Toppii*; at quia sine fundamento id dicunt, tanto *Viro*, divinis, atque secularibus literis egregiè docto, vita, & conversatione integerrimo, omni jure restituendum esse, judicamus.

Bened. Arias Montanus.

P *Atria Hispalensis*, linguis, & literis apprime eruditus, clar. ann. 1575. Plura edidit *Commentaria in S. Scripturam*; sed in suis *Correctionibus* apud *Criticos*, quot *Corrections*, tot sunt *Corruptiones*, maximè in *Versione*

Versione Pagnini, inquam pro *Pagnini bonis*, inepra substituit, ex *Arnold. Boot. Animadvers. Sacr. ad Text. Hebr. V.T.*

Franciscus Hotomannus.

Gente *Gallus*, patria *Parisiensis*, clar. ann. 1575. Vir, de *Jurisprudencia* simul, ac de omnigena literarum eruditione optimè meritis. Non pauca scripsit *Legalia Historica, Exotica*. De eo verò hæc habet *Thomas. de Plag. n. 469*. *Franciscus Hotomannus* (dicit) ut *aliorum Plagio læderetur*, ipse suis in *Briffonium, Turnebum, Cujacium, Connanum, Corasium, Budæum, Rævardum, Petrum Fabrum furtis* meritis videri queat, non obscurè accusatis ab eo, quem hic ultimum nominabimus, *Petro Fabro*, ut de nostra in eum suspitione nihil hic dicamus. Imò *Scaliger* ad hæc annectit, quod *Hotomannus*, ex *Paschalii Libro. de Legato* omnia furatus est: cunctaque ejus *Scripta prim. Class. Cens.* sunt reprobata.

Fulvius Ursinus.

Patria *Romanus*, paterno Sanguine illustris, flor. ann. 1570. Homo utriusque Linguae peritus, ac de omnigena *Antiquitate* optimè meritis. Plura exaravit, & doctè; sed ejus *Notas in Julium Cesarem, Petro Ciacconio* deberi, ostendit *Thomas. de Plag. Sect. 8*. Obiit ann. 1600.

Philippus Cluverius.

EX nobili *Cluveriorum* Familia natus, clar. ann. 1580. *Geographica, Sapientiae* facilè Princeps, *Germanicae*

que ornamentum . In suo nihilominus ad *Geographiam* *Epitome* , non pauci errores adnotantur à Criticis ; *Tabella* præsertim eidem adjunctæ , quia minimè *Operi* laudato videantur consonæ , à quibusdam aliis , nullo *Clari* *verii* respectu habito, transumptæ cognoscuntur . Obiit ann. 1623. ætat. suæ 43.

Barnabas Briffonius .

N Atione *Gallus* , IC. excellenrissimæ eruditionis , clar. ann. 1580. Plura exaravit , & doctè de *Nuptiis* , de *Connubiis* , de *Personarum Regno* , de *Antiquitate Juris Civilis* , aliæque plura . In multis verò apud Criticos , pauca bona leguntur , cùm maxima pars ab Eruditis excerpta sit, ex *Scaliger. post.*

Petrus Crinitus .

G ente *Italus* , plura elucubravit , nec injucunda . In sua de *Honest. Discipl. L. 9. c. 9.* suspitione sugillatur à Criticis , quod nimirum , ut scripsit : *Bellisarius* à *Justiniana* fortuna præcipitatus , *Cæcus* mendicans , vitam obierat ; à nullo , quod sciam , ex *Historicis* , facinus hoc memoratum .

Bastianus Macci .

A Castrodurante , *Pesauri* puerorum *Pedagogos* . In sua *Historia* , *Guicciardini* , & *Jovii* insolentissimus *Censor* , apud *Mascard. Art. Histor.* ac adversùs *Polybium* , & *Salutium* *Declamator* insulsus , & *calaphanta* extitit , apud eundem .

Lucas Guaricus.

Gente *Italus*, domo *Geophonensis*, *Civitatensis* Episcopus, in omnigena *Scientiarum* cognitione eruditus, tùm maximè in *Astrologia*, & *Astronomia*, flor. ann. 1580. Infinita ferè elucubravit: Sed *Divinationes* multæ, *Vaticiniaque* Typ. Neapolis impress. ann. 1524. eidem abjudicantur ab Eruditis.

Franciscus Georgius.

I*Talus* gente, ad ann. 1580. Philosophus, Theologusque insignis enituit. In suis verò *Problematis*, non paucas nugas contexuit. Inter quas *Angelos* corporeos esse, atque *Mulieribus* affectos, illas corrupisse, ex quarum concubitu *Gigantes* procreasse.

Franciscus Patricius.

O*Rtu Venetus*, clar. ann. 1580. Philosophus Platonicus, *Peripatetica* doctrinæ acerrimus Oppugnator. Plura scripsit *Exotica*, sed *novitate* referta. Præ ceteris *Italicè* Calamum strinxit contrà *Tassum*, amarumque virus in suam *Hyerosolimam* sparsit, veritate, an invidia, judicent Peritiores. Libri titulus est: *Judicium Francisci Patricii in defensionem Ariosti*. Hinc creditur, *Tassum*, in sua *Aminia* Patricium delineasse per *Moxsum*, captiosum, fraudeque plenum illum describendo. Ejus *Nova de Univerfis Philosophia*, præscribitur in *Concil. Trident.* nisi fuerit correctæ, quam sanè ante obitum retractavit, ex *Thuano*, ad ann. 1597. Romæ obiit septuagenarius.

Chri-

Christophorus Clavius .

Natione Germanus , domo Bambergensis , Institutio Jesuita , clar. ann. 1580. Plura scripsit *Geometrica* , apud Cunctos inter *Mathematicos* facile Princeps , excepto *Josepbo Scaligero* , qui in *Elenchum de Anno Juliano* , ineptum , jejunium , falsum , imprudentem eum vocando , præsumpsit illius Opus multorum esse .

Gilbertus Genebrardus .

Gente Gallus , Riomagi in *Arvernia* natalem habuit . Clar. ann. 1580. Archiepiscopus *Aguensis* factus , extitit sanè doctus , sed acris , & petulantis ingenii Vir . Ejus Opera *Chronographica* , multis in locis expurgari jubetur in *Ind. Madrit. Edit. ann. 1667* . De eo , hæc habet *Thomas. de Plag. Gilbertus Genebrardus* , præcipit Vir in *Tremellium* judicii , vicissim hoc sibi habet à *Drusio* : Neque moror , Catholicum *Genebrardum* , qui *Questiones meas* olim legit , & ex iis multa compilavit , tacito nomine meo , quod est hominis minimè ingenui , sed is audit vulgò *Plagearius* . Obiit ann. 1597 .

Joannes Heurnius .

Ultrajectinus Medicus celebris , clar. ann. 1580. Plura scripsit , nec contemnenda . Sed hunc *Pedarium Julii Alexandrini* Senatorem , nec sine causa vocavit *Thomas. de Plag. Sect. 461* . Deprehendit enim non pauca eam , ubi *Medicina Studiosis Modum dicendi* præscribit tacitè mutuatum esse *Julio* . Obiit Lug. Bat. 1601 .

Petrus Pitheus .

Gente *Gallus*, domo *Trecensis*, clar. ann. 1580. omni Antiquitatum eruditione præditus. *Pitheus* sanè *Pithius* alter, *Oraculorum* enarrator inter *Gallos*, ac illustrator enituit. Plurima concinnavit *Exotica*. Sed de eo hæc profert *Tromas. de Plag. n. 520.* Apud *Petrum Pitheum*, de *prisus Gallorum Philosophis*, ea lego, quæ totidem propè apicibus, & apud *Gilbertum Cognatum*, neutro interim alterius mentionem faciente. Uter alterum, vel anticipaverit scribendo, vel describendo sit sequutus, juxtà cum ignavis scio. Obiit a. n. 1596. Qua fide, incertum.

Levinus Torrentius .

Domo *Gandavensis*, clar. ann. 1580. *Antuerpiensium*-*Episcopus*, *Machlinsium Archiepiscopus* designatus *Vir, sacra, & liberali Eruditione*, ad miraculum usque excultus fuit. *Musis* charus, ac post *Horatium*, mira ubertate profusus. Plura scripsit pedestri, & *Oratione canora.* Sed *Adolphus Occo*, prout scripsit ad *Amerbachium*, *Commentarios*, ait, quos in *Suetonium* nomine suo excudendos curavit, ab illo concinnatos minimè esse. Vide *Judic. Erud. Gall. Paris. edit. 1683.*

Melchior Guilandinus .

Borussus *Medicus*, in omni *Scientiarum* genere conspicuus, clar. ann. 1580 Plura scripsit *Medica, & Botanica*; sed in suo *Commentario de Papyro Ægyptio*, illum hallucinatum voluit *Scaliger*, ex *Thuano*. Quem-
que

que temeritate, inscitia, in medendi arte, calumnia, invidentia, veluti nebulonum omnium principem *Matthiolus* fugillavit. Patavii excessit, ann. 1589.

Henricus Stephanus.

Gente *Gallus*; domo *Parissensis*, clar. ann. 1580. Vir eruditissimus, & in cognitione græci sermonis planè subactus. Plura exaravit; sed *Verſionis Odarum* ejus in *Anacreontem*, nunquam fuit Author, benè verò *Joannes Doratus*, ex Paulo Colomies, *Opusc. p. 109.* Quemadmodum ex Phil. Carol. *Animadversf. in Agellium*, L. 1. c. 6. *Animad. 3.* sanè mentitur, dum *Emendationes Lud. Carrionis in Agellium*, suas facit. Inter *Harret. prim. Class.* enumeratur, in *Ind. Trid.* Lugdun. Obiit, ann. 1598.

Torquatus Tassus.

Gente *Italus*, patria *Neapolitanus*, clar. ann. 1585. Vir admirabilis, ac portentoso ingenio, ex *Thuano*, ad ann. 1595. qui insanabili in adolescentia *furore* correptus, nihilominus per dilucida *inter valla*, tanto judicio, elegantia, castissimoque *stylo*, plurima, & soluta, & pedibus astricta oratione scripsit, ut non alienatione mentis percussus, sed *astro divino* percitus videretur. Plures habuit invidos contradictores, quod nimirum aliquantulum ad *Antiquos* accessisset, & quod *Scientiarum acuminibus*, atque argutiis à *Recentioribus* usurpatis, non satis *Poematis* gravitati se accomodavit, ex *Roland. Maref. L. 2. Ep. 15.* Sed illi occurret cum Eruditorum Cætu *Joann. Imperial. in Mus. Hist.* Quod etsi de laudatissimo ejus *Hierusalem liberata* *Poemate*, multa ab *Accademicis*

demicis Florentinis, passus sit, optimè *Paulus Beni*us illam vindicavit à Criticis; adeò ut, omnibus *Parnassi* cultoribus ingenuè adstipulantibus, ità sanxere cuncti, & quo ad *Fabulam* in suo *Aminta*, & quo ad mores, & phrasim, & alia, quibus *heroici* carminis absolutus effingitur character, *Epica* hucusque *Italici* nominis omnia superasset. *Roma* excessit *Musarum* ejulatu, ann. 1595. *Quingugenarius*.

Petrus Faber.

S *Aniorianus*, literis, & genere illustri, *Tolosani* Senatus Præses; clar. ann. 1585. Inter Plagiarios in suis Operibus *Semestris*, & *Agonisticis*, enumeratur à Criticis.

Joann. Baptista Porta.

N *Eapolitanus*, Naturæ, Poesios, Mathesiosque eruditione conspicuus, flor. ann. 1588. Plura scripsit, & admiranda; sed in sua *Magia Naturali* fugillatur à *Bodino*, in sua *Damonol.* veluti *Magnus veneficus*; Opusque illus igne cremandum censetur; sed iniquè apud *Natura*, & *Mathesios* Intelligentes, ex *Vossio*.

Sertorius Quadrimani.

C *Alaber Consentinus*, Sanguine clarus, & Literis, Poeta celebris, & in suis *Monumentis* nunquam satis laudandus, flor. ad ann. 1589. Ex nostr. *Pantopolog. Calabr. V. Consentia*, plura lucidonavit. Sed *Philosophia Bernardini Telesii*, in Epitomen etrusco idiomate congesta, quæ ejus nomine *anagrammatico*, sive *Accademico*

demico circumfertur, eidem abjudicatur ab Eruditis, ut patet ex ejusdem Epistola ad Joann. Mariam Bernando, directa.

Obertus Gifanius.

B *Urensis Batavus, Aulae Caesareae Consiliarius, Juris Asylum, ac omnium liberalium Litterarum egregie excultissimus, clar. ann. 1590. Non pauca Monumenta publici Juris fecit, omnigena eruditione plena. Hunc sugillavere Critici plagio, & quod suas Annotationes in Lucretium, à Lambino suffuratus sit; & quod Luca Fru- terii Scripta, suam in rem verterit; aliaque apud Tassier. Elog. Vir. Erud. Gall. Obiit Prage, ann. 1609.*

Jordanus Brunus.

C *Irca ann. 1590. florebat. Ingenii magni Vir, & Phi- losophus insignis, qui innumerabilia scripsit Exo- tica, sed non secundum scientiam. Fuit patria Nolanus, ex Joan. Henr. Ursino, in Proem. de Zoroastr. Baërian. Instituto Dominicanus: docuit. Libris editis. Mundos esse innumerabiles, & quidem ab aeterno. Solos Hebraeos, dixit, ab Adamo, & Eva originem duxisse; reliquos verò ab iis, quos Deus pridè fecerat. Mosè, miracula sua per Ma- giam operatum fuisse, in qua plus profecisset, quàm re- liqui Aegyptii: Leges enim suas in Monte confinxisse: ac proindè Sacras Literas, somnium esse impiè affirmavit. Ob has blasphemias, Roma in Campo Flora, antè Thea- trum Popejanum exustus fuit, ann. 1600. 9. Februarii; ut Scioppius, in Epistola quadam retulit. Haëtenus Joan. Henr. An verò cuncta sic exposita eidem contingerint, non est ita certum, apud Nicodem. in Adit. ad Topp.*

Jo-

Joseph. Just. Scaliger.

Julii *Cæsaris Scaligeri* filius, in *Gallia* natus, omnifaria Scibilium Disciplina insignitus, flor. ann. 1590. Inter Criticos Princeps. Plura concinnavit eruditione plena, & acumine. Sed de *Pœsi*, non ita præclarè meritis apud *Borrich. de Poet. & Rapinum. Ejus Liber, de Emendatione temporum*, Ind. Rom. prohibetur, donec emendetur, cum suis *Epistolis*, ann. 1681. Obiit ann. 1609.

Antonius Possevinus.

Gente *Italus*, patria *Mantuagnus*, Instituto *Jesuita*, clar. ann. 1590. Vir fuit multifariæ Eruditionis, ac in rebus perficiendis maximæ dexteritatis; Hinc *Gregorii XIII.* jussu ad *Moscorum* Principem pro pace componenda cum *Polonis* profectus, non perperam, ut *Invidi* obtreçant, sed gloriosè suam *Legationem* obivit. Plurima, & docta luci donavit. De sua *Bibliotheca Selecta*, & *Sacro Apparatu* præclarè meritis. *Raynoldus*, illum vocat *Campiani heredem ex asse*, ratione plagiorum ejus, adeoque dicere solitus: *Scopis* illi opus esse. *Plagiarii* vitio itidem accusatus à *Jacobo Giddo* Florentino videtur apud *Thomaf. de Plag.n.* 689. Judicent Peritiores.

Justus Lipsius.

Gente *Belga*, flor. ann. 1590. Eruditionis reconditæ Sidus, interiorum *Literarum* Deus, Universi *Phænix*, Sol antiquitatis, *Historie* omnis Promus, & Condus, *Sapientiæ*, & *Prudentiæ* Anima, ex *Nicol. Vernulo*. Plura edidit, & potissimum in *Politica* nulli secundus. Quæ de *Mili-*

Militia Romana Lipsius commentatus est , cuncta se ex *Paralelis Militaribus* Patricii hausisse , docet Salmas. *Ep. Lib. 1. Ep. 93.* Quo verò ad ejus *Saturnalia* , Petro Fabio illa adscribuntur , à Caspate Scioppio; in *Nos. ad Priap. A. 14.* Cætera vide apud Thomaf. *de Plag.* Ejus tandem *Orationes VIII.* falsò eidem adjudicatæ , prohibentur, adeòque cautè legendus *Author* , in iis præsertim , quæ de *Fato* digesserit. *Ex Ind. Madrit. edit. ann. 1667.* Obiit Lovan. 1606.

Franciscus Salesius.

Gente *Allobroge* , *Genere Nobilis* , *Dignitate Gebbenensis* Episcopus , & Princeps , *Sanctitate conspicuus* , & *Literis* , clar. *ann. 1590.* Plura edidit pietate , & doctrina mirifica. Præ cæteris ejus *Monumentis* , circumfertur sub ejus Nomine quædam *Epistola ad Leonardum Lessium* Jesuitam , *de Prædestinatione ad gloriam prævisis meritis*; sed veluti *Spuria* eidem abjudicatur ab Eruditis, cum minimè inter suas *Epistolas* , tametsi diligentissimè conquisias , locum habuerit, ut observare est apud suorum *Operum Editores.* Sanctissimè obiit, *ann. 1636.* Consultatur *Arsdekin.*

Andreas Schottus.

Domo *Antuerpiensis* , *Soc. Jesu* , clar. *ann. 1590.* Vir de *Latinis* , *Græcisque Literis* , in utraque *Eruditione* , *Sacra* , & *Civili* egregiè meritus . Plura luci donavit ; Sed quo ad *Tralationem Bibliotheca Photii* , Thomas Gotakerus eam *Schotti* fuisse , vix crediderit , apud *Colomes. in Paralip. ad Charoph. p. 38.*

Cæsar Baronius.

Ortu *Saronus* in Regno Neapolitano, *Congregationis Oratorii Præbyter*, ac S. R. E. Cardinalis amplissimus, flor. ann. 1590. Vir sacra, prophanaque summè Eruditus, ac *Ecclesiastica Historia* Protoparens, & Princeps. De eo, hæc habet Guido Patin. *Epist. Select. Ep. 85. Gall.* quod nimirum *Baronius*, teste *Haudeo*, ex *Luca Holstenio*, suprâ bis mille mendas in suis *Operibus* consperserit, facilè judicandas, imò probandas per *MSS. Vaticanæ Bibliotheca*, cujus Custos erat. Sed quidni? Homo enim erat *Baronius*, undè potuit facile decipi ejus docta Simplicitas ex *Consectibus* aliorum, non verò quod alios fallere voluit; id namque de tanto Viro suspicari piaculum est. Expecto aliorum Judicium. Interim de Eo, & similibus, consule Eruditissimum *Ignarium M. Como*, in sua docta *Epist. &c. Regni Neapol. Historia*. Obiit *Rome*, ann. 1607.

Petrus Snavis Polanus.

Nomen commentitium, cui in scribitur *Historia Concilii Tridentini*; Opus sanè genuinum *Pauli Sarpis*, Ord. *Servorum*, cui debetur, ab Ecclesia meritò proscripta. Ad ann. 1595.

Paulus Sarpis.

Natione *Venetus*, Instituto *Servita*, clar. ann. 1595. Vir vasta eruditione consummatissimus, Theologus, & Canonista Celebris. In recondita Philosophia, & Mathematica insignis. *Sanguinis Circulationis* antè *Hervanum*

uum Inventor clarissimus, ac *Venatorum* Senatus Con-
siliarius extitit. De eo, *Cardin. Ferronius* id habuit *Crite-*
rium. In illo Viro (ait) nihil eminentis animadverto:
iudicio, & intelligentia sanus est, sed insignem Eruditi-
onem nullam habet, nihil non vulgare, & paulò plusquam
Monachale observo. Ejus *Historia de Concilio Tridentino*
prohibetur in *Decret. 22. Novemb. 1619.* Obiit violenter,
ut dicitur, *ann. 1623.*

Philippus Mornæus.

Gente Gallus, *Plessensis* Dominus, ac *Hentici Na-*
varra Regis Consiliarius, *Sectæ Calvinistæ*; flor.
ann. 1603. Librum composuit contra *Orthodoxos*, de
Missa, & *Eucharistia*, quem coram Rege, & Theologis
Religionis utriusque *Cardin. Ferronius* omninò falsum
in *Contextibus PP. adulteratis*, non sine *Mornæi* dedeco-
re, manifestavit. Ex *Sully* pariter *Calvinistæ*, apud *For-*
estum, *Tom. 4.*

Bonaventura Bassæus.

Gente Gallus, ad *ann. 1603.* flor. Opus, quod *ann.*
1592. *Parocophiles* dixit, huc donavit, in quo pro-
posuit, eos in mortale crimen incidere, qui singulis Fe-
stis *Ecclesie Parochiali* non interessent, aut *Confessionis*
Sacramentum, præsertim *Paschali*, & *Quadragesimali*
tempore ab aliis, quàm à suis *Parochis* susciperent. Quod
quidem reprobatur per *Decretum Clem.*
VIII. apud *Bonam Spem Carmelitam*, in *Præf. Paroch.*

Paulus V.

Romanus gente, in Summ. Pontificat. Apicem sublimatus est, ann. 1605. Sub ejus *Nomine* legitur *Autographum* condemnatorium *Scientiæ Medicæ Ludovici Molina;* sed *commentitium* prosùs id declaravit *Innocentius X.* 23. April. ann. 1654.

Galileus Galilei.

Patria *Florentinus*, ex linea paterna illustris, Philosophiæ *Neutericæ* parens, ac in omni *Mathematicum* parte summus, clar. ann. 1605. In suo *Nuntio Siderio* clarus; & in *Dialogo de Systemate Mundi*, famosus. Quia *Terram movit*, Romam evocatus, & perterrefactus *palynodiam* cæcinit. Suo *Tubo*, plura diù haud cognita, vidit. Sed non pauca à *Veteribus Philosophis* mutuatus est. Ann. 84. vixit. Tandem orbatuſ Obiit.

David Hoeschelius.

Natione *Germanus*, *Augustanus* Bibliothecarius, flor. ann. 1605. Vir de Republica Literaria egregiè meritus, & si *Lutheranisma* impietate inquinatus, quem nihilominus *Græcarum* Literarum *Phosphorum*, ruenti *Græcia* suscitatum *Tibicinem*: *Veterum Librorum* Restitutorem

*Lateri propior quo nemo Minerva
Gratior, aut Phœbi, Pieridumve Clicus
Fueris*

Salutaverunt, ex *Theophil. Spizel. in Templ. Honor.*
Periti aliquot. De eo tamen hæc exhibet *Thomas.*

de

de Plag. n. 467. David Hoeschelius, in quodam *Plutarchi* loco pro *αβελειας*, legit, *αβελειας* *Petrus Faber*, qui ante ann. 20. eandem isti loco Medicinam adhibuerat, ipsum propterea, licet blandis verbis, infimulat *Plagii*. Nobis illa infimulatio admodum præceps videtur. Præ ceteris, ejus *Epistola Dedicatoria*, quæ plerumque sunt ad *Hæreticos*, reiiciuntur. *Ind. Madrit. edit. 1667.*

Joannes Mariana .

Hispanus, S. I. ingenio, & doctrina clarissima, flor. ann. 1605. De sua *Hispaniarum Historia* præclarissimè meritus. Non sic de sua *Morali*, apud Criticos *Parisiensis*. Obiit ann. 1624.

Vitus Beringius .

IN *Wimburg. Inlandia*, ann. 1617. natalem habuit. *Friderici III. Regis Historiographus insignis*. In suo *Floro Danico* celeberrimus. Sugillatur nihilominus à Criticis, quod mordaciter nimis in *Orthodoxos* acuerit calamum, & quod *Patria* addictus, claudicatus sit. Obiit ann. 1675.

Aloysius Tansellus .

Nolanus, Poeta celebris; sed in suo *Vindemiatore* prorsus *Obscenus*, flor. ann. 1606. Eidem à *Scyglia-*no abjudicantur *Comedia*, & *Poema* aliud, vulgò *Lagrima di S. Pietro*; sed immeritò apud Cordatiores Eruditos.

Paulus Ant. Scarini .

A Liàs Foscarini, gente Calaber, Patria Montaltinus, cujus fragans cupido *Veneræ* Nobilitatis, fecit eum delirare, contemnendo suæ Patriæ *Montalti* Lares proprios, atque suos, ut satis, superque in nostris *Congress. Accadem. T. II. Congress. III.* ac in nostra *Pantopolog. Calabr. V. Montalsum*, demonstravimus. Bis Provincialis utriusque *Calabria* Proune, Ord. *Carmelitanum*, ad ann. 1607. *Neapol. Regens, & Messanae*, publicus ejusdem *Facultatis Theologicæ* Professor. *Conventus Carm. Montalti* Fundator emeritus. Vir, in omnigena *Litterarum* eruditione formatus. *Varia Monumenta* exaravit, partim luci donata, partim inedita, ut videre est apud nostrum *Eliad. Appar. V. Paul. Ant. Scarini*; & apud nostram *Calabr. Pantopolog. V. Montalsum*. *Montalti* excessit plenus meritis, & doctrinis, ann. 1616. die 10 Junii. Ejus *Epistola, de Terra Mobilitate*, juxtà *Pythagoreorum Systema*, edit. *Neapol. apud Lazar. Scorigium*, 1615. prohibetur in *Rom. Ind. S. Mart. 1616.*

Hieronymus Marafioti .

N Atione Calaber, *Minorita* Instituto, in *Polystina* natus, multa, nec sine eruditione composuit, apud nostram *Calabr. Pantopolog. V. Polystina*. Præ ceteris, ad ann. 1601. *Antiquitatis Calabriae*, ad *Unitorum* instantiam, *Patavii in 4.* Opus *Italicè* impressit, quod quidem, & si eruditione plenum, apud *Toppium*, in sua *Biblioth. Neap.* variis tamen *Authoribus* suppositis, *Rebusque apocryphis* confarcinatum sugillant *Critici*; ac *Barrium*, *Vulgi* usui expositum perspicuè clamant. *Judicent*, qui non sunt *Invidi*, atque *Peritiores*.
Isuacus

Isaacus Casaubonus .

Gallus Calvinista , quem Scaliger. post. *Asinum* inter Simias , Doctumque inter Imperitos vocavit , flor. ann. 1606. In suis *Exercitationibus* , & *Epistolis* pravus nimis , & maledicus , maximè contrà *Baronium* , quem ut conviciaret , quotidie ab *Angliæ* Rege , ducatum accepisse fertur , ex *Koning. in Biblioth.* Perit ann. cum suis *Operibus* , reprobatus , 1614.

Fridericus Taubmannus .

Natione Germanus , *Franconia* Oppidulo oriundus , clar. ann. 1606. *Literarum Græcarum latinarumque* , ex *Quensted.* Vindex acerrimus , barbarici extirpator longè felicissimus , Poeta incomparabilis , ut habet *Lapis Sepulchralis* . Principum , ob sales amor , & delictum , charus æqualibus , jucundus amicis , magnus omnibus , benè de bonis literis elucubratis *Operibus* , nulli non notis meritus est , imprimis lucubrationibus eruditissimis in *Plantum* , & *Virgilium* . Plurima edidit . Inter cætera , quæ in *Virgilium* scripserat , corrasisse dicitur ex *Scaligeri Poetica* , & ex *Dialogis Pontani* , *Artii* , & *Antonii* , ex quodam *Anonymo Bibliographia* Authore . Obiit ann. 1613.

Joannes Audoenus .

Britannus gente , flor. ann. 1610. Poeta salacissimus si quis alius ; & in suis *Epigrammatibus* impius nimis . Hinc rejectus inter *Hæreticos prim. Class.* perit ann. 1623.

Gual-

Gualterus Rauleus .

Gente *Anglus*, Auratus Eques , & sua Peregrinatione in *India*, Occidentali satis conspicuus , flor. ann. 1610. Scripsit suam *Orbis Historiam* accuratè . De sua verò *Gujana* , non sic præclare meritis apud Eruditos , in qua illarum *Gentium* plura *incredibilia*, fabulosaque confersit. Ann. 1618. capite plexus obiit .

Daniel Sannertus .

Ventislavie natus , in Philosophia , & Medicina doctissimus claruit , ann. 1610. Scripsit suas *Medicas Institutiones*, ac *Physica Hypomnemata* , quæ inter Libros *proscriptos* numerantur *Expurgat. Ind. Rom. edit. ann. 1681.* Prosum erravit, dum voluit *Animam per traducem* fieri. Obiit *Witemberg.* ann. 1637.

Thomas Dempsterus .

Gente *Scotus*, flor. ann. 1610. multifaria lectionis, & eruditionis Vir fuit. Plura scripsit ; sed in sua *Scotica Historia* plurimum sugillatus à Criticis, eò quod ad *Patriam* suam illustrandam, *Libros, Authoresque* non paucos citat , quos nec vidit *Utopia Thomæ Mori* ; hinc tot fraudibus , mendaciisque *Nomen suum infamia* consecravit, ex judicio Criticorum , apud *Bailet. Gall. ann. 1685.* Prohibentur ejus *Opera Histor. in Ind. Rom. 1621. & 23.*

Robertus Bellarminus.

N Atione *Italus*, domo *Politianns*, Instituto *Jesuita*, Dignitate S. R. E. Cardinalis, clar. ann. 1610. Vir. fuit inter Orthodoxos præcipuus *Athleta*. De Ecclesia in suis *Controversiis* optimè meritus; aded ut, quemadmodum ab *Homero Poetæ*, sic ab illo, omnia sua ferè mutantur, *Controversiis* recentiores. Ast *Richard. Sim. in Hist. Crit. V. T. L. 3. c. 12. Gall.* illum plagiarum voluit, eò quod è *Genebrardo* cuncta corraferit, quæ ad *Grammaticam*, *Criticenque* spectare videntur, paucis immutatis. Sed de hoc *Criterio* judicent *Cordatiore*s, & qui non sint *Invidi*. Obiit ann. 1621. pietate plenus, & Literis.

Janus Gruterus.

G Ente *Brabantus*, IC. Philologus celebris, & Poeta non injucundus, clar. ann. 1610. Plura scripsit *Critica*, *Poetica*, *Historica*. A *Scaliger.* verò post. plurimum *criterio* vexatus in suis ineptiis. In *Martialem*, & *Senecam Tragicum*, quamvis egregiè oleum consumpserit; in *Philosophum* tamen ex aliis non pauca discerpit.

Trajanus Boccalinus.

I Talus, patria *Romanus*, flor. ann. 1610. Vir maledictis *facetus*, & ad jocandum ingenio *acri* famosus, ut videre est in suo Libro *de Parnasso*. De suo verò *Lydio Lapide* malè meritus, cui ultimum exitium illi attulit, & poenam, *arenulis* contuso. Obiit *Venet.* Opera suprâ allata, unâ cum *Commentariis in Tacitum* prohibentur, ann. 1681.

Y y

Tho.

Thomas Campanella.

Natione *Cala ber*, patria *Stylensis*, Instituto *Dominicanus*, clar. ann. 1620. Vir stupendi, & portentosi ingenii. Infinita penè scripsit, nec pauca edidit. Ex *Koning*. Ob singula rem doctrinam, invidiam sibi conflavit apud *Inquisitores* delatus, quasi eam ex *Inferorum* fontibus hausisset. *Neapoli* pariter perduellionis reus factus, quod Regnum illud *Hostibus prodere* statuisset, in Carcerem coniectus, spatio 25. ann. vinculis cruciatus est. Tandem ea tenis elapsus, in *Galliam* tamquam importum confugit, multis honoribus, sumptibusque perfusus. Ejus *Civitas Solis*, laude quidem digna, sed plurimum infrà *Thomæ Mori Utapiam*. Obiit *Lutesiis*, ann. 1639.

Hugo Grotius.

Batavus gente, *Literarum Phœnix*, & de *Historia præclarissimè* meritis, flor. ann. 1620. *Dubiæ Religionis*, & *variatae fuit*. *Justiniani Juris* passim *Censor* iniquior apud *Criticos*; imò in multis non parum deceptus *fugillator*. Obiit, nec sine *veneni suspicione*, ann. 1645.

Joannes Barclajus.

Caledonius gente, in *Gallia* natus, flor. ann. 1620. De sua *Argenide* potissimum egregiè meritis, quam *Pandoram* donis omnibus auctam, dixere *Periti*. Plura contrà *Sectarios*, ex *Joann. Imperial.* in suo *Museo Historico*, invehendi munus suscepit, sed cuncta hausta
ex

ex Bellarmini *Monumentis* . Præ ceteris , ejus *Euphormio Lucinius* , sive *Satyricon* , in var. Edit. corrigitur *Ind. Madrid. impress. ann. 1667. Appendix ad Argenidem* , alterius Scriptoris est *labor* . Obiit ann. 1621.

Jo: Bapt. Helmoutius .

B *Ruxellis* natus , flor. ann. 1620. *Galen* , & *Aristotelis* juratus hostis , suis *Chymicis Principiis* . Plura excudit *Medica* , & quidem *Singularia* , quæ veluti ex *Tripode* se dictare jactitabat . Sed cuncta *Satyr*is coacervata , inepta putantur à *Zoylis* .

Cornelius à Lapide .

G *Ente Belga* , patria *Eburo* , Instituto *Jesuita* , flor. ann. 1620. Vir in *Oratoria* , *Philosophia* , *Theologia* , *Historia* , *Linguarum Orientalium* peritia , insignis . Plura luci donavit : Præsertim de suis *Commentariis* in *Biblia* penè tota , optimè meritus . *Commentarium Corderii in Lucam* ipsum compilasse , docet *Koning* . Romæ Obiit , ann. 1637.

Thomas James .

O *Xoniensis* , in *Veeta* Insula natus , clar. ann. 1620. Vir eruditione plenus , *Literarumque* exotica cognitione excultissimus . Plura exaravit ; sed de ejus *Opere* , quod *Fiscus Papalis* inscribitur , ambigitur ab *Eruditis* , num genuinus ejusdem foetus extiterit ; cum adhuc à multis *Gulielmo Crassahum Cantabrig.* tribuatur.

Gerardus Jo: Vossius.

Archipalatinus, clar. ann. 1625. Vir eloquentia, & eruditione nulli secundus. Nil planè fuit tam abditum, quod ipse non legerit: tam dubium, quod non expenderit: tam obscurum, quod non illustrarit, ex Puteano, in *Lither.* Plura edidit exotica eruditione plena. Sed innumera ex *Martinio* desumfit, *Authoris* nomine dissimulato, apud Menag. *Amanit. Jur. Civil. c. 39. p. 429.* & non pauca à *Wovuerio*, suppresso ejusdem nomine, ut ex *Jonf. Thomaf. de Plag. n. 578.* observavit. Ejus *Dissertationes de tribus Symbolis*, prohibentur in *Ind. Rom. 1634.* Obiit *Calvinista*, ann. 1650.

Petrus Gassendus.

Gente Gallus, domo *Dinensis*, ac ejusdem Ecclesiæ Præpositus. In *Accademia Parisiensis* Regius *Mathesios* Professor, atque *Philosophiæ Epicurea* restaurator, clar. ann. 1625. Sugillatur nihilominus à *Rapino*, *Animadvers. in Philosoph. 18. Gall.* quod pauca de suo in suis *Monumentis* exposuerit, venustate exceptis, atque lepore. Ob. 1655.

Ludovicus Capellus.

GAllus gente *Sedanensis*. In *Linguis Orientalibus* ad stuporem peritissimus. De suo *Punctationis Arcano* à *Massorethis* inventæ, egregiè meritis apud Eruditos emicuit, ann. 1630. Verùm sugillatur à *Richard. Sim. Hist. Crit. V.T.L. 3. c. 20. Gall.* quod cuncta ex *Roberto Olivetano* corraferit, novo dumtaxat nitore perfusa. E' vita decessit, ann. 1658. Ga-

Gaspar Scioppius .

NAtione *Germanus* , clar. ann. 1630. Plura scripsit *Critica* , sed *Canis* Grammaticus, propter *Satyram* appellatus est . Multas blasphemias in *S. Scripturam* evomit , ex *Capell. ad App. Ann. Baron. n. 93.* Monstrum ex omni spurcitiarum , scelerumque *Colluvie* concretum , eum dixit *Baud. can. 3. Ep. 27.* *Germanus Zoilas* , qui contra *Sapientes* , & *Principes* , calumum conviciis , & scommatibus strinxit , acuitque . Tandem rejectus *Apostata* perit octogenario major , ann. 1663.

Joannes Meursius .

ORigine *Belga* , Philologus illustris , nec paucis laudibus à Scriptoribus commendatus , uno excepto *Josepho Scaligero* . In sua *Historia Daniae* , præ cæteris clarissimus extitit , quam in tres partes distribuit , *Typ. Amsterod. impress. 1638. fol.* apud *Blacum* . At *primam* partem , atque *secundam* , prorsùs à *Pontano* excerptis .

Petrus Matthæi .

Burgundia natus flor. ann. 1630. Vir Literis , & eruditione conspicuus . In sua tamen *Francorum Historia* , verbosus satis , & ineptus fugillatur à Criticis .

Thomas Cornelius .

Consentinus , in *Calabria* citeriori natus , clar. ann. 1630. Vir fuit in omnigena eruditione celebris , nec vulgaribus dumtaxat , sed interioribus , reconditisque

tisque *Literis* perpolitus; imò in *liberè* philosophando sublimis, atque in rerum varietate, novitateque nulli secundus. Philosophus, & Mathematicus insignis, in publico *Neapolis* Lyceo Lector, cui sui ævi compar, nec unus. Publico Juri fecit *Opus* eruditione, & inventione mirum, atque jucundum, & utile; *Progymnasmata Physica* dictum, *Venet. Typ. Herod. Franc. Baba*, 1663. in 4. & alibi, cum posthumis *Monumentis* recusum; cujus *Invidi*, non pauca ex *Dania* *Scriniis* suffurata volunt *Inventa*, jam pridem per *Glossonium*, & *Thomam Willis* Typis evulgata. Verùm, & si *Cornelii* nostri *Inventa*, *Danica Editio* præcesserit, sed non *Argumenta* proprio Marte, atque industria ab *Authore* in *Progymnasmatis* ante laudatam *Editionem* prosequuta, ac *Arnaldo Huiberto* Batavo, & *Erasmo Bartholino*, aliisque ex *Dania* doctissimis Viris, qui ea tempestate *Neapolim* peregrinantes advenerant, indicata; ut videre est in *Authoris Epistola* ad laudatos, in *Progymn.* eodem, circa finem comprehensa. Tandem cum vixisset ann. 67. *Literis* plenus, fama haud moriturus, excessit, ann. 1684.

Aubertus Miræus

Domo *Bruxellens*, *Antuerpiæ* Decanus, clar. ann. 1630. Vir antiquitatum sequioris ævi curiosus indagator, ac *Belgica*, *Historie*, inter tot *Sidera Belgarum* Sol, ex *Lipso*. Sed à *Philippo Labbeo*, ad *Bibliothecam* ejus *Ecclesiasticam* respiciente, non modò *Chamaeleonti* comparatur, ut variis insidet *Authoribus*, ità diversos colores induenti, sed etiam nominatim, ut *Bellarmini*, *Vossii*, *Raynandi*, *Sirmondi* ex scriptor sugillatur. Obiit ann. 1640.

Torri-

Torricellus .

Mathematicus insignis , Discipulus , & Galilei Successor , clar. ann. 1630. Tanquam suam publico Juri exposuit *Demonstrationem Mathematicam Trochoidis* , sive *Cicloidis* , quam nihilominus totam verbatim à *Joanne Beugrand* suffuratus est .

Joannes Kirckmannus .

Libecensis , eruditissimus in suis *de Romanorum Funeribus* , *Annalibusque* , &c. ann. 1630. Verum , pro his multa desumpsit ex *Kormanni Libro* , *de Miraculis Mortuorum* , apud *Antonium Borromens. Lib. Var. Lect. c. 4. p. 32.* Obiit *Lubeca* , ann. 1643.

Gulielmus Harwejus .

Gente *Anglus* , in *Accademia Medicorum Londinensium Anatomes* , & *Chirurgia Professor* insignis , ac *Jacobi* , & *Caroli Angliæ Regum Jatrophysicus Princeps* , clar. ann. 1630. Non exiguam acquisivit gloriam pro *Sanguinis circulationis Inventu* . Sed non pauci *Eruditi* hanc *Paulo Sarpio Servire* restituerunt , ut supra ostensum est . Decessit ann. 1637. *Octogenarius* .

Optatus Gallo .

Nomen *fictitium* , cujus circumferebatur *Opus* , *Gallie* scandalosum nimis , & *Spondano* , ann. 1640. *De cavendo Schismate* ; quod quidem *Michaeli Rabardeo* *Authori* datum est , ignique traditum , *Magistratus Parisien.* mandato .

Clau-

Claudius Salmafus.

D *Ivoniensis*, clar. ann. 1640. Vir fuit in Republica Literaria eminentissimus, sed præsertim in omnium *Linguarum* notitia, nulli secundus. Multæ sub ejus nomine *Epistolæ* postumæ eidem abjudicantur ab Eruditis. Ex *Holobolo* Rhetore *Notas ad Rhodii aras* descripsit, apud *Vossium ad Pompon. Mel. p. 213.* Ejus *Opera* prohibenter in *Decret. 18. Decembr. 1646.* Obiit ann. 1652.

Renatus Cartesius.

Gente *Gallus*, Sanguine, *Mathesi*, & *Philosophia* celeberrimus, clar. ann. 1640. Plura scripsit, acumine, novitate, & inventione mirifica. Ipsum tamen infamare moliti sunt ad *Atheismum* usque non pauci, præ cæteris *Benedictus Aletinus*, in suis *Epistolis Apologeticis*, quem, nedum reprobatum ab Ecclesia *Gallicana*, verum & à *Romana* cum suis *Monumentis*, satis, superque demonstrat; adeoque ut exuletam à *Francia*, imò & ab *Orbe* toto, in *Holmiam* vitæ cursu completo, cuncti agnoverent, ann. 1650. Suas *Meditationes* prorsus proscripsit *Huetius*. Ejus *Physicam* sugillarunt Critici recentiores cum præfato *Aletino*, quod nimirum ejus *Principia* jam obsoleta in *Sentina Epicuri*, iterum suscitavit, & si alia dispositione difformata; nec pauca à *Verulamio* deducta; imò, quod ad sua *Authomata*, à *Gomez Pereira*, in sua *Antonia Margarit.* suffurata. Judicent Peritiores, qui libertatem in philosophando requirunt. Ejus *Opera Philosophica* proscribuntur à *Rom. Ind. impress. ann. 1681.*

Joan-

Joannes Launojus .

Ortu *Constansiensis*, Sac. Facult. *Parisiensis* Doctor,
 flor. ann. 1640. Vir, ex *Gravison. Hist. Eccl. T. 8. p. 2.*
 quietis impatiens, qua, nec se, nec alios frui sinebat,
 & nativa quadam titillatus prurigine sugillandi, ac
 jure, vel injuria carpendi, *Viros Illustres*, calamum felle
 tinctum in plures acuit, receptasque communi piorum
 suffragio Opiniones laceffivit *argumentis* ut plurimum
negativis, quæ incerta, & infirma esse, luculenter con-
 trâ eundem *Launojum*, evincit benè longa, & eleganti
 Exercitatione *Joann. Bapt. Fbionf.* Hinc non immeritò
 multarum Traditionum, Opinionumque, non *Aristar-*
chum, sed *Phalaridem* illum fuisse, cuncti Eruditi clamant,
 Obiit ann. 1678.

Ludovicus Ellias Dupin .

Patria *Parisiensis*, ac ejusdem Facultatis Professor,
 flor. ann. 1645. Launoii discipulus, id ejusdem
Encomium. In *Criterio* eidem æqualis, dum potissimum
 in sua *Scriptorum Ecclesiasticorum Bibliotheca*, quasi pro
 Tribunali sedendo in cuncta *PP. Monumenta Virgama*
 Censoream exercet. *Romanos Pontifices* sugillat: *Fide-*
lium pietatem irridet; omnesque à se, vel minimè dissen-
 tientes, *Plaution* sibilo, veluti ignaros, & à veritate alie-
 nos temerè vellicat. Meritò à *Cordatis Viris* explosus,
 & proscriptus cum suis *Operibus*. Obiit *Sac. XVII.* ex co-
 dem de *Gravison. Hist. Eccl.*

M. Aurel. Severinus.

Gente Calaber, domi Tharsicensis, in Regi. Gymnas. Neapol. Amatoris, & Chirurgia. Praefectus. Vir omnigena Eruditione admirandus. Infinita edidit, sed gloriae nimis cupidus, non tam à bonitate, quam à Voluminum numero famam aucupare praesumpsit. Sugillatur pariter, quod nimis, indignos extulerit, quos meritis exinde habuit detractores. Clar. ann. 1645. Obiit Neapol. 1656. ex *Anth. V. s. n.*

Thomas Hobbes.

Ortu Malmesburienfis, clar. ann. 1650. Plura scripsit Philosophica, & Geometrica. Verùm de Ea, suisque Monumentis, Criterium hoc Samuel. Parker. de Deo, in disp. p. 86. 87. exhibet. Hoc probè scio (dicit) Hobbium nihil nobis obtulisse, nisi quod apud Veteres, in Epicuro reprehensum inveniamus. Ut enim Epicurus omnia à Democrito surripuisse dicitur; ita Hobbius omnia Epicuri flagitia ingenti, fastu tanquam sua recudit; atque ut nova videantur, novis nominibus (quorum ille, ut sunt Novatores omnes, egregius Artifex) appellare affectavit. Exemplo sit magnum istud, & primum omnis suae Philosophiae Moralis, & Civilis Effatum, ut enim Epicurus, Voluptatem, ultimum cuiusque finem esse statuit; ita hic eadem vocabuli ambiguitate, sui Amorem intellexit. Sic enim ubique definire placuit; quocumque igitur nomine appelletur, sive Voluptatis, sive sui Amoris, eodem revoluitur; scilicet: cum nullam Voluptatem Epicurus, nullamque sui Amorem Hobbius agnoverit, nisi quae ad Corpus, ejusque membra referantur; quid sequitur,

tur, nisi *Sapientem* ejus solius curam habere, ejusque gratia omnia agere, atque ad eam ab utroque *Vitam Belluinam* induci? Obiit ann. 1679.

Philippus Labbè.

Gente *Gallus*, domo *Blenwicensis*, Instituto *Jesuita*, clar. ann. 1650. Vir lectionis infinitæ, & eruditionis profundæ, judicii acerrimi in *Veterum Monumentis* expendendis, ex *Card. Bona*; atque in utraque Lingua, *Græca*, & *Latina* excellens enituit. Plura scripsit, & doctè. Verùm de ejus *Operibus*, non tam dignè sentiunt *Novelle de Republica Literaria Jan. 1686. Gall.* Præsumunt namque, plura ipsum havississe à *Sirmondo*. Hinc *Thomas. de Plag.* cum *Corniculam Æsopicam*, dum passim dicta aliis etiam nominibus dissimulatis, in *rhapsodiam* illam sua transcripsisse, invidia potius, quàm veritate, demonstravit. Judicent Peritiores. Obiit ann. 1667.

Franciscus Vavasor.

Gente *Burgundus*, Instituto *Jesuita*, clar. ann. 1650. Orator comptissimus, Poeta perelegans, S. Scripturæ fidus Interpret, ac *Linguarum* præsertim *Orientalium* apprime instructus enituit. Plura scripsit soluta, & metrica Oratione. Ast *Jesuita Beuhours.* non ita benè visus in suo *Critério*, quòd nimiram sæpiùs arbitrariè, ac prorsus sine fundamento de aliorum *Monumentis*, judicia tulerit. Paris. obiit, 1681.

Franciscus Presse.

A *Longobardo*, Provinciae citerioris *Calabria*, meritis, & Literis clarus extitit, ad ann. 1655. à Turcis plura perpeffus, pro Dei gloria, & fide apprimè dimicando, suum *Minimorum* Ordinem, Generalatus munere, atque virtutibus plurimum illustravit, & auxit. Non pauca *Typis* dedit *Monumenta*, ut videre est apud nostram *Pantopolog. Calabr. V. Longobardum*. Inter quæ *Centur. Epistolarum S. Francisci de Paula*, Typ. Romæ, 1655. in 4. inter *Apocryphas Scripturas* enumerantur à *S. C. Ind. Rom.*

Andreas Lao.

C *Armelita Siculus*, Patria *Catanensis*, in *S. Pagina* Magnificus, & publicus *Patavii* Sacrarum Literarum Interpres. Provinciae *S. Alberti* Provincialis, ac totius *Ordinis* in *Rom. Cur.* Procurator Generalis. In *Urbe SS. Congreg. Inquisitionis* Qualificator. Rituum Consultor, & Beneficiorum Examinator. Vir admirandæ doctrinæ, Læctionis stupendæ, & Declamationis profundæ. Publico juri dedit *Opera Theologica*, Tom. 4. in fol. sup. prim. part. & prim. secund. *D. Tho. Genuæ*, aliaque ad ann. 1656. In quibus verbatim non pauca leguntur quæ subtiliter exposuit *Petrus Cornejo de Pedrosa*, Cathedralicus *Salmanticensis*, ejusdem Ord. *Carmelitici*, in suis *Theologicis Dissertationibus*, variis Typ. edit. ad ann. 1628. & 1671. Obiit *Genua*, ann. 1675.

Isaac

Isaac Pereyrus.

Gente Gallus, Secta Calvinista, Præadamitarum Auctor. flor. ann. 1654. Opus edidit, hoc titulo: *Systema Theologicum ex Præadamitarum hypotesi*, in quo antè Adamum, generationem aliam Hominum finxit, impietate plenum, & *Athesismo*. Quod demum cum sua Hæresi Romæ, abjuravit, ann. 1657.

Jo: Henricus Hottingerus.

Domo Tigurinus, clar. ann. 1660. Linguarum Orientalium, & Antiquitatis sine exemplo peritissimus. Plura scripsit; Verùm ex Labbè, in *Bibl. Bibl.* suum *Catalogum Scriptorum Ecclesiasticorum Suppositiorum*, ineptissimè ex *Andrea, Riveto, & Roberto Cæco*, corrasisse demonstratur. Ejus *Historia Orientalis, & Thesaurus Theologicus, sive Clavis S. Scripturæ*, prohibentur in *Rom. Ind. edit.* ann. 1681. Tandem in *Limagi* trajectu undis merfus, infelicissimè occubuit, ann. 1667.

Joann. Aug. Ricaldini.

IN Valle Canosa *Brixienfis* Diocesis natus, ann. 1660. Ex Hæresi *Pelagina* multa impia excerpfit, ac Scripto mandavit; inter quæ illud, quod *Oratio Mentalis* sola, necessaria sit ad *Salutem*; quibus demùm ab eodem abjuratis, cunctaque à SS. Inquisitione exusta, condemnata fuere.

Ludo-

Ludovicus Montalto.

Sub hoc ficto nomine, circumferuntur *Epistola Provinciales* M. Pasqual., cum *Wendrochii Notis*, & *Arnaud Appendice*, sub mendicato nomine *Pauli Irenai*, quæ *Jansenismum* olent. Hinc ann. 1660. Paris. exustæ, ac *Decreto Rom. Inquisitionis* condemnatæ fuerunt.

Stephanus Rocabella.

Patria *Romans*, Poeta *plagiarius*, clar. ann. 1660. *Mediolanî*, *Pœmata* sua *amatoria* publici Juris fecit; ann. 1653. sed pro gloria infamiam adeptus, præ ceteris *Fulgencius Baldani*, celebris *Vates Ord. S. Augustini*, *Authorem*, & *Carmina* sugillavit, illa de jure *Pœmatibus Caselini* restituendo, à quibus fuerat suffuratus.

Antonius Marinarius Junior.

Gente *Apulus, Carmelita*, *Episcopus Tagastensis*, flor. ann. 1669. *Varia* edidit *subtilia* nimis. In suo *Libello, de Opione probabili*, *obscurus*, quem *metaphysicis* trîcis respersam, *perspicuum* dumtaxat in *crebris laudibus D. Fagnani*, sugillavere *Eruditi*.

Jo: Fridericus Gronovius.

Amburgensis *Polystor*, & *IC.* celeberrimus, flor. ann. 1669. *Antiquæ Eruditionis* restitutor exitit. Sed *Fureterius* eum cum in *sulsis Pedagogis*, *imperitisque Criticis* annumerat. *Obit leyde*, ann. 1672.

Isac Cardoso .

Gente *Hebraus*, Vir *Philosophia*, & *Medicina* illustris, clar. ann. 1673. Opus suum in *signe* composuit, *multifaria* eruditione *refertum*, *Medicis*, *Philosophis*, *Historicis*, ac *Eruditis* cunctis *satis* proficuum, cui *Titulus: Philosophia Libera*, in *VI R. Lib.* distributa, *Typ. edit. Vener. Bertanorum* sumptibus, eodem anno qui *suprà*, in quo *Monumenta* plura adhuc *verbatimim* leguntur, quæ in *Solino*, *Plinio*, aliisque *Historicis*, & *Philologis* perspicuè *objectantur* *Eruditis*, & si *Authores*, ac *Fontes* *elucidissimè* pandat. *Mirabile Solis deliquium* in *morte Christi*, *vastè* detrudit ..

Tanaquillus Faber .

Domo *Cademenfis*, flor. ann. 1675. Plura *exaravit* *Exotica*, *Poetica*, & *eruditione* plena. Sed de eo, *præ ceteris* hoc habet *criterium* *Nicolaus Heins.* *Not. in Ovid. L. 2. de Art. Amant. Vers. 660.* (*Postquam pro loco Nazoniano* cum *sugillarit*). *Istud verò magis* (*dicit*) *tam securè*, & *confidenter* *Selmasiana* *Scrinia* à *Fabro* *compilari*, & eum *pulvisculo*, quod *ajunt*, hoc est eum *Lucretiano* loco, qui *Nazoniani* *castigationem* unice *confirmet*, *corradi*, atque in *succum*, & *sanguinem* *Epistolarum* *suarum* *converti* ..

Gulielmus Plati .

A *Dann*: 1675. *gente Italus*, *domo Mandoinus*, sub *nomine Anagrammatico Gleomogili Talpi*, *Poema* *suum* *Venetis* *publicè* *fecit*, quod *Vernacula* *lingua*
(*Mon-*

(*Mondo smascherato*) inscripsit. At quia, veluti *Centones Carmina* ex *Squardi, Camilli, Marini, Brignoli*, aliorumque Poematibus confarcinavit, Nicolaus Paragatius, *Talpa* titulo, *Libellum* illum, nec sine joco insignivit, sicque coccinuit:

*Cæcus adest Talpa, ut rapiat. Ridete Sodates,
Est oculis captus, captus, & ingenio.
Damnatus tenebris, illudere posse videnti.
Se putat, atque diem noctis ad instar habet.
Insanum furem risu sectemur, amici,
Assuetas donec corruat in lasebras.*

Antonius Eganus.

Hibernus gente, ex Catholico impius Apostata, ad ann. 1678. multa indigna confarcinavit de *Questu Simoniaco Rom. Eccles. per Apostolicos Missionarios*, quem in suo *Libello*, adhuc Etherodoxi verè *Sycophantam*, ex publicis Literis agnovere.

Nicolaus Florentinus.

Hic, unà cum *Ludovico Lemoso*, apud Bernin. *Hist. Hæret.* ad ann. 1655. in suo *Tract.* 1. c. 23. *Mulierem* quamdam refert, ab *Urso* fœcundatam, *hominem* peperisse pietate plenum, animique magnitudine satis insignitum; ex quo inclita *Ursinorum* Familia dicitur propagata. Sed prorsus id, tamquam ideale, & phantasticum reprobatur ab Eruditis.

Vanel Gallus.

Floruit anno 1670. Ad ann. 1689. Typ. Paris. expo-
suit *Historiam Turcharum*, quatuor in Tomis distri-
butam.

butam, idiomate Gallico. Sed hanc totaliter ex Memor. Histor. Joannis Sagredo, Scriptoris excellentissimi, corrasisse censetur.

Mabilonius.

Gente Gallus, *Benedictinus* Instituto. Vir infinita lectionis, & eruditionis multiplicis. Plura scripsit, & doctè, acumineque plena. Inter cetera ejus *Monumenta*, *Epistola* illa, sub *Eusebii* nomine, ad *Theophilum* Galilæum directa, de *Cultu Sanctorum ignotorum*, Mabilonio nostro est restituenda. Flor. ad ann. 1675.

Franciscus Ugerius.

Domo *Parmensis*, clar. ann. 1676. inter Poetas *plagio* fugillatus. Hæc de eo, in *Epistola* ad *Antonium Querango* exhibet *Jacobus Vettianus*, à *Rhegio*. Incidit mihi (ut dicit) in manus *Poemation* quoddam *Francisci Ugerii*, *Parmensis*, *Etrusca*, ut vocant, *Lingua* scriptum, qui *Farnesis Principis* Natalem diem heroico *Carmine* profecquitur, sanè eleganti. Uti primum attigi, cæpi, ut soleo, avidè legere, & quod hujusmodi iuculationibus valdè delector, quod eum ipse quoque non ità pridem mecum illud de *Estensi* Principe nostro divulgaverim, despiciere volebam, & quod ille poeticum in eadem prorsus re commentum excogitasset. Pluribus non temorabor: percucurri, & vidi eum ità me compilasse, ut penè nudum dimiserit, neque enim contentus fuit (quod summi honoris loco fuisset) quibusdam in locis imitari, sed meis penè ubique, & si diversa ratione, & ordine collectis, insistere vestigiis voluit, ut meum jam non magis meum sit, quàm illius. Confer utrumque, si lu-

Ord. Carmelitarum fuit , qui pro *Liberantibus* ~~systemate~~ vincit, inter *Protestantes* aliquandiu vixit . Sed mox divina *gratia* illustratus , iterum ad proprios Lares revertitur , *Consentiam* nimirum in *Calabria* , ubi natalem fortitus fuerat . Consule nostrum *Eliad. Appar. V. Etia. Astorini*; itidem, & nostram *Pantopolog. Calabr. V. Umbriticum*, in quibus quisque comprehendet , *Eliam* nostrum, totius Orbis consensu , & in Monumentis *Dozmaticis*, *Mathematicisque* editis , ac in *Linguarum* praestantia fuisse conspicuum .

Valentinus Vasolli .

Domo *Fivizzanus*, Poeta *plagiarius*, clar. ann. 1677. cujus latina *Poemata* à *Dicæi Progymn.* suffuratus est, apud *Glarean. Grill. VII.*

Ludovicus Maimbourg .

Natione *Francus*, Literis, & maledicentia famosus, clar. ann. 1687. E' *Societate Jesu* expulsus , plura petulanti calamo scripsit, nec pauca contra *Rom. Hierarchy* debacchatus est. ~~Quæ omnia anno M. regnan-~~ te fuere reprobata. Denum inopinata morte perit.

Franciscus Ant. Puglisius .

Ann. 1695. Typ. Neapolis sub hoc ficto nomine circumfertur *Opella* quaedam , cui titulus: *Scapularis Partheno-Carmelitici, Historico-Theologicum Gazophylacium* &c. quæ quidem proprio, & legitimo *Authori* est restituenda, qui sanè fuit *Petrus Thomas Puglisius Carmelita*, gente *Calaber*, domo *Coriolanensis*, Vir planè do-

ctus, in omnigena eruditione versatus, ut videre est in
suis editis *Monumentis*, apud nostram *Pantopolim*, *Caroli*
V. Coriolanum; & nostrum *Eliad. Appar. V. Petrus Puglis*
Puglisus, qui *Caroleis* è vitâ excessit apoplexiâ, *1712.*

Petrus Paulus Stragor

A *Dann. 1696.* sub hoc anagrammâ *P. P. S.* nomine
tur *Opus*, cui titulus: *Epistola ad Episcopum*
in qua *Carmelitarum* *Virginitatem* *revera* *medicos*
duntur, docto sane *Caroli* *Thoma* *Puglis* *Carmelita* *Car-*
dem supra laudato *Petro Thoma Puglis Carmelita* *Car-*
bro debetur, *Typ. Ven.*

Petrus Paulus Maffei

A *D ann. 1696.* Nomen pariter *P. P. M.* sub
quo præfatus *Petrus Thomas* *Caroli* *Thoma*
Calaber delitescit. Iste enim supplet *Episcopum*
Responstonem Apologericam contra *Beatus* *Thoma*
thomam Maffei *Caroli* *Thoma* *Puglis* *Carmelita*
Gambellus direxit, *Typ. Ven.* *in Papebrochium*, & *Enschewium*. *Jure* *Calaber* *Calabro*
molitus est.

Petrus Paulus

N *Petrone Gallus*, *Ancusure* *1696.*
Thomae *Caroli* *Thoma* *Puglis* *Carmelita* *Car-*
Theologos *Scholasticos* *Caroli* *Thoma* *Puglis* *Carmelita*
SS. Trinitate *in* *Thoma* *Puglis* *Carmelita* *Car-*
Duodecim *Thoma* *Puglis* *Carmelita* *Car-*

tas admittit; unde proscriptus cum suis *Manumensis*,
perit.

Generalis Povelus.

Calliditas, inter *Calumnias* imponitur, & *Sycophantia* magis clara, *Adversus Eccles. Rom.*
Lib. de contra maledicta comminavit in suo *Lib. de*
Papam Antichristum Cardinales, Epi-
scopos, Monachos, &c. membra diaboli, Locustas, vasa
Ranas, & canes, aliaque, tali Phrenetico di-

Theses, in
quibus
Rogatus
quod
tantumvis grave,
de Deo non cogi-
tari, grave peccatum sit, non est tamen *Offensa Dei*, ne-
que *Mortale* dissolutio, &c. pena di-

conceduntur, &c. *Theses*, in
quibus
nam quod
divina punitio
cum *Rogatus*
nam ipsa
Deo Humana
caput *Theses*

Michael Molinus

Gente Hispanus, Aragonius, Presbiter, in
 crisi plenus, *Quiescentium* Terentis Aucto-
 rius Instaurator extitit. Plura scripsit, & per
 Italiamque propagavit. Ex Paciebeli *Epistola* de
 priam annihilationem, qua media, *De Unitate*
ma, & quiescere, minime de his sollicita, *De*
 obveniunt, summopere inculcabat. Eruditus
 veluti fonte hauriebat, nullum *De*
 aut premio, aut pena dignum. *De*
 ejus potentia, ut pote *De*
 lis in omne scelus, omnemque *De*
 dem captus ab Inquisitionibus, *De*
 Minervam, de suis erroribus *De*
 spectante. Deinde Carceri mancipatus, *De*
 decessit, an vere penitens, incertum.

Daniel Pappan

Natus Antiquaribus Genitor acerrimus, *De*
 1696. In suis *Notis*, & *Proplea* ad SS. *Affa*, proscibitur
 à Suprem. SS. Inquisit. Congr. in quibus *Epistola*, philo-
 ma, Fidelium auctibus inconfons, & scandali *De*
 sus *Ordines*, *Ecclésiam*, *Traditionem*, *Parva*, *P*
 que leguntur, 1695.

Dionysius Cameracensis

Brigomensis, Ord. S. Augustini, Vicegerens, ac
 tor emeritus, clarissimus, Typis Venerabilium

nobilissimi, Literisque præclari; Cujus *Monumenta* exceptione fugillata, prohibentur in *Ind. Rom. 5. April. 1728.*

Octavius Liguoro.

Gente *Italus*, domo *Aversanus*, clar. ann. 1711. Plura Neap. & Venet. luci donavit, *Ethica*; *Politica*, *Philosophica*, *Medica*, *Historica*, *Antiquaria*, plurimum à Criticis fugillata. Eidem præ ceteris *Monimentis* abjudicatur *Libellus* ille, cui Italicè titulus: *La Sacra Gara*, Neapolim inter, & S. Januarium, Urbis Patronum, qui quidem *Fr. Hieronimo à S. Anna*, *Carmelitæ* *Discalceato* adscribitur ab Eruditis. Obiit miserè interemptus à suis, ann. 1720.

Agato Levita.

A *Dann. 1713.* sub hoc nomine anagrammatico circumfertur *Epistola* quædam *Apologetica*, adversus *Theologum* quemdam *S. J.* morali acumine plena; debenda sanè *R. D. Cajetano Vitale*, *Canonico Consentino*, in *Theologia* potissimum *Morali* conspicuo. Obiit ann. 1724. leg. nostr. *Pansopol. Calabr.*

Maria de Agrida.

Natione *Hispana*, Sanctimonialis *Ord. Minoritarum*, pœnitentia, & contemplatione insignis, circà *XVI. Seculum* divinis charismatibus apprimè claruit. Sub ejus nomine circumfertur *Opus* in 6. distributum Volumina, in quo *Vita Deiparæ Virginis*, *Misticæ Civitatis titulo* eidem cæliùs revelata, unà cum *Notis*, &

B b b

ejusdem

ejusdem Monialis *Visa* describitur, Typ. edit. Anversæ, ann. 1713. Monumentum variè à Censoribus exagitarum, quorum alii Mariæ nostræ dignè foetum putant; alii vero suo confessario *Andrea de Fonte* potius adscribunt.

Marcus Ant. Curatolo.

Gente *Calaber*, patria *Paulanus*, J. V. Patronus excellens, ac in Reali Neapol. Universitate Legalium Cathedraticus insignis. Sub ejus nomine Typ. Neap. impress. ann. 1720. legitur *Opus*, quoddam, & si parvæ molis, eruditione magnificentum, cui italicè titulus: *Discorso Genealogico della Famiglia Nardi*, quod sanè eidem abjudicandum est. Foetus enim iste parentem clamat *D. Carolum Nardi*, Patritium *Montaltinum*, literis, & eruditione conspicuum.

Jo: Carolus Chinus.

Ann. 1721., undique circumfertur sub hoc anagrammatico Nomine *Opus* quoddam in 4. Ven. Typ. impress. cui italicè Inscriptio: *Archivio della Regia Giurisdizione del Regno di Napoli*, in Epitomen congestum, à qu. Doctore *Bartholomeo Chioccarello*, quod publici juris fecit Doctor *Angelus Rocchi*, *Calaber Montaltinus*, multissimæ lectionis, & eruditionis Vir. Adhuc vivit. Ad altiora vivat.

Jacobus Hyacinthus Serry.

Gallus gente, Instituto *Dominicanus*, in Accademia *Pataulina* Theologiæ S. Professor princeps, æ
Ser-

Sorbonicus Doctor, tempestate nostra clarus literis, & eruditione facundus. Luci donavit Opus: *Exercitationis Historica critica, polemica de Christo, ejusque Virgine Mariæ &c.* dictum. Monumentum sanè non omnibus compactum numeris; sed præ cæteris, in *Exercit. illa, n. 56.* in qua de *Brutiis Christi Tortoribus* sermonem habet, minime accuratum, imò affectibus, erroribus, falsitatibus in *Authoris* dedecus fædatum pluribus. Quod præ aliis sapientissime, nervosè, eruditè, efficaciter, & ad hominem, ut solet, in suo Libro, cui titulus: *De Natione Tortorum Christi, adversus nuperum Scriptorem Gallum* *Dissertatio*, Typ. Romæ dato, 1727. apud Komarch, *Calabriæ nostræ Sidus, fr. Joseph Maria Perrimezzi*, Ord. *Minorum S. Francisci de Paula Decus*, ac in *Oppidensi Cathedra Ornamentum*, pellucidè demonstravit. Hinc meritò in *Ind. Libror. prohibis.* proscriptum Opus, ann. 1722.

Joannonus.

Vulgò *Giannone*, Vir literis, & eruditione conspicuus, gente *Vestinus*, IC. celebris flor. ann. 1723. Famosus in sua *Historia Regni Neapolitani, Urbis, & Orbis cum sua Ecclesiastica Politia*, ann. 1728. exceptione proscripta. Publicè vociferatur, quod cuncta corraserit ex doctissimis *MSS. qu. Dominici de Aloysii*.

Lamindus Pritanius.

Hoc sub nomine academico occultatur *Ludovicus Antonius Muratori*, Serenissimi Ducis *Mutinensis* Bibliothecarius, ad ann. 1725. Vir eruditissimus, omnique politionis literaturæ laude clarus. Præter cetera ejus

B b b 2

egre-

egregia *Monumenta*, circumfertur Opus insignis, cui italicè Inscriptio: *Delle Reflessioni sopra il buon gusto nelle Scienze, e nell'Arti*, Typ. Ven. 1723. apud Pezzanam. Sed de hoc, non omnes ad metam currunt.

Sylvagius Canturani.

SUB hoc nomine anagrammatico circumferuntur *Monumenta* plurima, omnigena, & varia Eruditione exornata, *Prophana*, & *Ecclesiastica*, potissimum in hoc Seculo 1727. Typ. Vener. & Patavii edita. Scias tamen velim, sub eo occultari *Archangeli Augustini Carmelita Veneti Nomen*, Viri, & Literarum eruditione, & Linguarum præstantia facundi, qui ex *Gallico* in *Italicum* Idiotma præfata transtulit. Vide nostrum *Eliad. Appar. V. Archangelus Augustini*. Adhuc vivit.

Chrysofomus Scarfò.

NATIONE *Calaber*, Instituto *Basilianus*, Dignitate in *Sacr. Pagina Mag. Mammola* in *Calabria* superiori natus est. Homo trium Linguarum peritissimus, & acutissimi, vehementis, acrisque ingenii præditus, clar. ann. 1728. Cum omnibus ævi sui Eruditis *Prosa*, & *Carmine* commercium coluit. Ab *Accademiis Europa* cunctis *Lauream* accepit, & omen. Plurima scripsit, dictavit, edidit, omnigena eruditione exornata, nec pauca, sive proprio, sive anagrammatico, vel *Accademico* nomine variis Typ. luci donavit, ut videre est in nostris *Congress. Accadem. T. II.* & in nostra *Calabr. Panopolog. V. Mammola*. Circà ann. 1712. evulgata fuit quædam *Epistola* sub ejus nomine, in 8. Typ. *Consentia* conficta, cum *Rome* fuerit impressa, *Satyris* plurimis con-

confarcinata, atque maledictis, nec sine ipsiusmet *Chrysofomi* nostri decore; quæ quidem communiter cuidam Equiti *Paulo Alexandro Maffei* est adjudicata; Contrâ quam, & ejus Authorem, atque Impostorem, idem *P. Scarfò*, alterum in 12. cui titulus: *Dicheoloica* impetitus est, rationum jaculis, atque acumine plenum. Vivit adhuc, nec gloria literaria privatus, nec invidia consumptus. *Ann. 1729.*

Franciscus Zavarroni.

Gente *Calaber*, patria *Moutaltinus*, Ord. *Minimorum S. Francisci de Paula* Lector Jubilatus, & Regens: Collegii de Propaganda fide Lector emeritus: Provincialis *Calabria* electus: Generalis Collega: Zelosus Ordinis in *Rom. Curia*, ac demum *Pisauri* communi omnium applausu, Electorumque Suffragio, in Generalatus apicem evehctus est, *ann. 1728.* Vir in Literis nunquam satis laudandus, nec temerè nostro ævo cum præstantissimis, sive Theologicis, sive Philosophis contendendus. Plura *Dogmatica*, *Polemicaque* scripsit, sed nondum edita (quamvis concupita) dumtaxat *Opella* quædam circumfertur, suppresso nomine, cui titulus: *Synopsis Chronologia, Sacra, & Prophana, à Creatione Mundi usque ad Adventum Christi.* *Mediolani, 1722.* apud *Josephum Pandulphi Malatesta*, quæ sanè eidem *Francisco* nostro est adscribenda. Vivit adhuc. Ad altiora vivat,

Horatius Plata.

Romans gente, ut creditur, circâ nostram ætatem, cujusdam Libri execrabilis supponitur *Traductor*, sed ut verisimile potius *Auctor*; in quo impiè sustinet:

Mu-

Mulieres handquaquam ejusdem speciei esse cum Hominibus ; ac proindè minimè Redemptionis Dominica , pretiosique Sanguinis Jesu Christi participes fieri , Vitæque æternæ capaces , eo quia Mundi Redemptorem pro iis mortem non subiisse , blasphemat . Contrà quem doctè , & subtiliter Franciscus Bordonius , in suo Opere , cujus Inscriptio : Advocatus Mulierum , Ver. tatis jacula impellit , eumque confodit . Hinc Monumentum undique explodendum , atque cremandum esse sancitum est .

Jacobus Picenini .

A Pud *Rhetos* , in *Samadeno Engadinæ humili Pago* , parentibus fortuna modicis ortus , circà nostram tempestatem , *Calvinianæ Sectæ Minister ignarus* extitit ; ac contrà *Rom. Ecclesiam* , ejusdem *Dogmata* , ridiculus *Debellator sine triumpho* . Plura consarcinavit , sed impia , duobus *Monumentis* *Italica Lingua* , sed petulanti , & infulsa , atque crassa *Minerva* , *Apologetico* , nimirum , *salsæquæ suæ Religionis Triumpho* , manifestata , quibus *Orthodoxa cuncta quisquilliis* , *dicteriis* , atque *sacrasmis* labefactare præsumpsit . Sed in vacuum *homunculus* ille jacula præstitit , contusa funditùs , præ ceteris , ac sapientissimè eliminata à *Vincentio Ludovico Gotti* , *Ord. Predicatorum* , *Magistro emerito* , ac *controversiarum* , *publico Universitatis Bononia Lectore* ; nunc *S. R. E. Cardinali amplissimo* , 1728. tribus ejusdem *Voluminibus* in 4. de *Vera Jesu Christi Ecclesia* , quibus perspicuè , ac palmaritè , adversùs *Piceninum* , & suos , *Catholica Fides* pulcherrimè vindicatur . Edit. *Bonon. apud Pisarrum* , 1719.

Ensc-

Eusebius Philorropius .

Nomen commentitium, Opus edidit, Colom. Typ. impres.
ann. curr. 1729. Theologico Morale, adversus Hi-
storiam Civilem Regni Neapolitani &c., jam nuper elu-
cubratam à Joanne vulgò Giannone, ut supra osten-
sum est.

F I N I S .

O P E R I S A U C T O R .

Ad Lectorem pro Epilogo .

*Si quicquam à Nobis, vel omissum negligentia, vel minus
accuratè expositum videatur. Nemo Nobis Crimini det,
illud secum cogitans, Nos Historiam dispersam,
dissipatamque in unum collegisse, quo utili-
tati hominum, gratiamque tantos,
& tam graves labores suscepimus,
inserviremus. Ex Evagr.
Lib. ult. cap. ult.*

*Romana Ecclesia Auctoritati, atque Examini totum hoc,
sicut cetera, quæ ejusmodi sunt, Universa reservo:
ipsum, si quid aliter sapio, paratus judicio
emendare. Ex S. Bernard. Ep.
174, ad Canon. Eugd.*

S C R I -

SCRIPTORUM ELENCHUS.

A

| | | | |
|--|-----|------------------------------|-----|
| A Bacuch Propheta , pa- gina . | 40 | Aldrovandus Ulyffes. | 326 |
| Abailardus Petrus . | 248 | Aletinus Benedictus . | 376 |
| Abdias . | 94 | Alexander Macedo . | 46 |
| Abercius . | 114 | Alexander de Hales . | 257 |
| Abraham . | 19 | Alexander de Alexandro. | 308 |
| Accursius Francifchus. | 255 | Alicarnaffeus Dionyffius. | 70 |
| Accursius M. Angelus. | 309 | Aloysius Transfillus. | 349 |
| Acofta Joseph . | 334 | Alphonfus III. | 222 |
| Adam . | 13 | Amalaris . | 217 |
| Ægidius de Columna. | 265 | Ambrosius . | 154 |
| Ælianus Cl. | 108 | Ambrosius Autbpertus. | 212 |
| Æmilius Probus. | 160 | Ammianus Marcellinus. | 154 |
| Æneas Sylvius . | 189 | Ammonius . | 123 |
| Æschilus . | 48 | Amphilochius. | 153 |
| Æschines. | 59 | Amphion. | 43 |
| Æsculapius . | 26 | Amulus. | 221 |
| Æfopus . | 48 | Anacreon. | 42 |
| Afranius . | 66 | Anaftafius Papa. | 165 |
| Agapetus Papa . | 196 | Anaftafius II. | 187 |
| Agato Levita. | 377 | Anaftafius Sinaita. | 198 |
| Aimoinus . | 232 | Anaftafius Bibliothecarius . | 227 |
| Albertus Magnus . | 261 | Anaftafius alter. | 241 |
| Alciatus Andreas. | 312 | Anaxagoras . | 45 |
| Alcuinus . | 215 | | |

An-

E L E N C H U S :

| | | | |
|-----------------------------------|-------|--------------------------------|-----|
| <i>Andich.</i> | 204 | <i>Arins.</i> | 137 |
| <i>Anaximander Milesius.</i> | 50 | <i>Arnobius.</i> | 136 |
| <i>Anna Commena.</i> | 245 | <i>Arnoldus de Villanova.</i> | 261 |
| <i>Anianus.</i> | 189 | <i>Arianns.</i> | 111 |
| <i>Annius Viterbiensis</i> | Joan. | <i>Arphius Henricus.</i> | 292 |
| 286 | | <i>Artapanus.</i> | 37 |
| <i>Anonymus.</i> | 172 | <i>Asterius.</i> | 167 |
| <i>Anscherus.</i> | 243 | <i>Asterius Turc. Ruf.</i> | 186 |
| <i>Anselmus.</i> | 240 | <i>Astorini, Franc. Anton.</i> | 370 |
| <i>Anselmus Laudunensis.</i> | 242 | <i>Athanasius.</i> | 141 |
| <i>Antonius Abbas.</i> | 142 | <i>Athanasius Junior.</i> | 213 |
| <i>Antonius Andreas.</i> | 268 | <i>Athenagoras.</i> | 118 |
| <i>Antonius Egannus.</i> | 368 | <i>Athenaus.</i> | 112 |
| <i>Antonius de Rosellis.</i> | 287 | <i>Auctor Via Vita.</i> | 168 |
| <i>Apelles.</i> | 119 | <i>Andoennus Joannes.</i> | 358 |
| <i>Apion.</i> | 73 | <i>Averroes.</i> | 248 |
| <i>Appianus.</i> | 107 | <i>Augustinus A.</i> | 162 |
| <i>Apollinarius Junior.</i> | 153 | <i>Augustinus alter.</i> | 202 |
| <i>Apollonius Pergens.</i> | 62 | <i>Augustinus de Roma.</i> | 282 |
| <i>Apollonius Rhodius.</i> | 62 | <i>Avicenna.</i> | 234 |
| <i>Apulejus Luc.</i> | 113 | <i>Aulus Gellius.</i> | 106 |
| <i>Aquila.</i> | 110 | <i>Aurelius.</i> | 162 |
| <i>Archimedes.</i> | 63 | <i>Aurel. Victor Sex.</i> | 164 |
| <i>Aretinus, Leonatd. Brunus.</i> | | <i>Ansonius D. M.</i> | 65 |
| 282 | | <i>Austriacus Paulinus.</i> | 215 |
| <i>Arias Montanus Benedi-</i> | | | |
| <i>ctus.</i> | 335 | | |
| <i>Areopagita Dionysius.</i> | 92 | | |
| <i>Aristeas.</i> | 59 | | |
| <i>Aristennus Alexius.</i> | 250 | | |
| <i>Aristeas Proconnesius.</i> | 49 | | |
| <i>Aristophanes.</i> | 54 | | |
| <i>Aristotiles.</i> | 60 | | |

B

| | | |
|----------|-------------------------------|-----|
| B | <i>Ailletus Adrianus.</i> | |
| | 376 | |
| | <i>Baldovinus Franciscus.</i> | 328 |
| | <i>Baldus.</i> | 279 |
| | <i>Balaus Joannes.</i> | 324 |

C c c

Bal-

SCRIPTORUM

| | | | |
|--|-----|--------------------------------|-----|
| <i>Balsamon</i> Theodorus. | 252 | <i>Boethius</i> . | 190 |
| <i>Barbarus</i> Hermolaus. | 294 | <i>Bodinus</i> . | 333 |
| <i>Baralajus</i> Joannes. | 354 | <i>Bonaventura</i> . | 260 |
| <i>Baconus</i> Rugerus. | 264 | <i>Bonaventura Brocardus</i> . | 262 |
| <i>Bardesanes</i> . | 117 | <i>Bonifacius II</i> . | 195 |
| <i>Barletta</i> Gabriel. | 292 | <i>Bonifacius alter</i> . | 209 |
| <i>Barnabas</i> . | 90 | <i>Bovius</i> Joann. Carolus. | 323 |
| <i>Baronius</i> Cæsar. | 346 | <i>Brissonus</i> Barnabas. | 373 |
| <i>Barrius</i> Gabriel. | 335 | <i>Bruno</i> . | 238 |
| <i>Bartholus</i> . | 273 | <i>Bruno Astensis</i> . | 238 |
| <i>Basilides</i> . | 106 | <i>Bucerus</i> Martinus. | 310 |
| <i>Basilus M</i> . | 151 | <i>Buchannus</i> Georgius. | 322 |
| <i>Basilus Seleuciensis</i> . | 184 | <i>Budaus</i> Gulielmus. | 311 |
| <i>Basilus Macedo</i> . | 226 | | |
| <i>Bassaus</i> Bonaventura. | 347 | C | |
| <i>Beda</i> . | 208 | C <i>Admus</i> . | 25 |
| <i>Belesis</i> . | 38 | C <i>Cajus</i> . | 122 |
| <i>Bellarminus</i> Robertus. | 353 | <i>Caleca</i> Joannes. | 270 |
| <i>Bellovacensis</i> Vincērius. | 258 | <i>Calepinus</i> Ambrosius. | 290 |
| <i>Bembus</i> Petrus. | 308 | <i>Calvi</i> Donatus. | 374 |
| <i>Benedictus</i> Abbas. | 195 | <i>Calvinus</i> Joannes. | 321 |
| <i>Benedictus II</i> . Papa. | 269 | <i>Callistus</i> . | 273 |
| <i>Berengarius</i> . | 233 | <i>Cambasilus</i> Nitus. | 270 |
| <i>Beringius</i> Vitus. | 349 | <i>Campanella</i> Thomas. | 354 |
| <i>Bernardus</i> Abbas. | 243 | <i>Capellus</i> Ludovicus. | 356 |
| <i>Beroaldus</i> Philippus <i>senior</i> . | 301 | <i>Cardanus</i> Hieronymus. | 321 |
| | | <i>Cardosus</i> Isaac. | 667 |
| <i>Berosus</i> . | 61 | <i>Carolus Magnus</i> . | 213 |
| <i>Bessarion</i> . | 285 | <i>Canturani</i> Sylvagius. | 380 |
| <i>Biel</i> Gabriel. | 294 | <i>Carrierius</i> . | 301 |
| <i>Blondus</i> Flavius. | 287 | <i>Cartesius</i> Renatus. | 360 |
| <i>Bocalinus</i> Trajanus. | 353 | <i>Casaubonus</i> Isaac. | 351 |
| <i>Boccatius</i> Joannes. | 232 | | |

Cas-

E L E N Q H U S.

| | | | |
|---------------------------------|-----|--------------------------------------|-----|
| <i>Cassianus Joannes.</i> | 69 | <i>Clavus Christophorus.</i> | 339 |
| <i>Cassiodorus M. Aur.</i> | 129 | <i>Claudianus.</i> | 56 |
| <i>Cassander Georgius.</i> | 330 | <i>Clemens Papa.</i> | 27 |
| <i>Cassialio Sebastianus.</i> | 327 | <i>Clemens Alexandrinus.</i> | 129 |
| <i>Castelvitrens Ludovicus.</i> | 332 | <i>Clemens IV.</i> | 262 |
| <i>Catharina Senensis.</i> | 275 | <i>Cleophilus.</i> | 33 |
| <i>Catharinus Ambrosius.</i> | 303 | <i>Cluverius Philippus.</i> | 336 |
| <i>Cato Censorinus.</i> | 63 | <i>Columbanus.</i> | 209 |
| <i>Catulo L.</i> | 66 | <i>Columella L. Jun. Meder.</i> | 94 |
| <i>Catullus, C. Valerius.</i> | 68 | <i>Constantinus Porphyrogenitus.</i> | 229 |
| <i>Cedrenus Georgius.</i> | 235 | <i>Copernicus Nicolaus.</i> | 316 |
| <i>Cælestinus I.</i> | 174 | <i>Cornelius Nepos.</i> | 68 |
| <i>Cælestius.</i> | 169 | <i>Cornelius Papa.</i> | 129 |
| <i>Cephalcon.</i> | 100 | <i>Cornelius Agrippa.</i> | 307 |
| <i>Cerinthus.</i> | 100 | <i>Cornelius à Lapide.</i> | 355 |
| <i>Cæsius.</i> | 152 | <i>Crescentius Petrus.</i> | 259 |
| <i>Cæsius alter.</i> | 188 | <i>Crantzius Albertus.</i> | 298 |
| <i>Cham.</i> | 18 | <i>Crinitus Petrus.</i> | 337 |
| <i>Cheremon.</i> | 128 | <i>Crispinus Gilbertus.</i> | 341 |
| <i>Charinus Leucius.</i> | 118 | <i>Cresias Gnidas.</i> | 37 |
| <i>Cherylus.</i> | 42 | <i>Curatolo Marc. Anton.</i> | 376 |
| <i>Chinus Joann. Carolus.</i> | 278 | <i>Cyprianus Joannes.</i> | 306 |
| <i>Christodulus.</i> | 271 | <i>Cyprianus Cæc.</i> | 127 |
| <i>Christophorus.</i> | 220 | <i>Cyprianus Cordubensis.</i> | 220 |
| <i>Chromatius.</i> | 167 | <i>Cyrillus Hierosolymitanus.</i> | 145 |
| <i>Chrysoleras Demetrius.</i> | 279 | <i>Cyrillus Alexandrinus.</i> | 170 |
| <i>Chrysothomus Joannes.</i> | 165 | | |
| <i>Cicero Asculanus.</i> | 269 | | |
| <i>Cicero M. Tullius.</i> | 64 | | |
| <i>Cinnamus Joannes.</i> | 250 | | |
| <i>Clandianus Cl.</i> | 160 | | |
| <i>Claudius.</i> | 219 | | |

D

| | |
|-----------------------|-----|
| D <i>Acip.</i> | 194 |
| <i>Dacryanus.</i> | 216 |
| <i>Ccc 2 Da-</i> | |

SCRIPTORUM.

| | | | |
|--------------------------------|-----|-------------------------------|-----|
| <i>Damasceus Andreas.</i> | 204 | <i>Eginardus.</i> | 218 |
| <i>Damasceus Joannes.</i> | 210 | <i>Eldad Danita.</i> | 256 |
| <i>Damasus Papa.</i> | 146 | <i>Elias Propheta.</i> | 35 |
| <i>Daniel Propheta.</i> | 39 | <i>Eligius.</i> | 205 |
| <i>Dantes Aligerius.</i> | 267 | <i>Emmanuel Filio.</i> | 219 |
| <i>David.</i> | 29 | <i>Ennius Q.</i> | 63 |
| <i>Dares Phryx.</i> | 24 | <i>Epicurus.</i> | 58 |
| <i>Deimachus.</i> | 47 | <i>Epiphanes.</i> | 107 |
| <i>Delrio Mar. Ant.</i> | 336 | <i>Ephrem Syrus.</i> | 149 |
| <i>Democritus.</i> | 57 | <i>Epiphanius.</i> | 150 |
| <i>Demosthenes.</i> | 58 | <i>Erasmus Desiderius.</i> | 304 |
| <i>Dexter.</i> | 160 | <i>Erigena Joannes.</i> | 224 |
| <i>Dempsterus Thomas.</i> | 352 | <i>Esdras.</i> | 43 |
| <i>Deusdedit Papa.</i> | 208 | <i>Evagrius Scholasticus.</i> | 202 |
| <i>Didimus.</i> | 66 | <i>Euclides.</i> | 61 |
| <i>Dio Cassius.</i> | 126 | <i>Eucherius.</i> | 179 |
| <i>Diodorus Siculus.</i> | 66 | <i>Eudoxia.</i> | 172 |
| <i>Dionysius Alexandrinus.</i> | 131 | <i>Evemerus.</i> | 46 |
| <i>Dionysius Papa.</i> | 131 | <i>Eugenius II.</i> | 219 |
| <i>Dionysius Exiguus.</i> | 196 | <i>Eugubinus.</i> | 311 |
| <i>Dionysius Carthusianus.</i> | 288 | <i>Eulogius.</i> | 200 |
| <i>Dioscorides Pedacius.</i> | 67 | <i>Eunapius.</i> | 157 |
| <i>Donatus.</i> | 142 | <i>Evodius.</i> | 92 |
| <i>Donatus Grammaticus.</i> | 146 | <i>Enripides.</i> | 50 |
| <i>Dorotheus.</i> | 137 | <i>Eusebius.</i> | 132 |
| <i>Draco.</i> | 38 | <i>Eusebius Casariensis.</i> | 138 |
| <i>Dupin Lud. Ellias.</i> | 361 | <i>Eusebius Nicodemensis.</i> | 139 |
| | | <i>Eusebius Philotropius.</i> | 383 |
| | | <i>Eusebius Emiffensis.</i> | 143 |
| | | <i>Eustathius.</i> | 139 |
| | | <i>Eustathius alter.</i> | 251 |
| | | <i>Eustratius.</i> | 198 |
| | | <i>Eutherius.</i> | 177 |

E

Edmundus de Hadenham. 267

Eury-

E U E O N C H U S.

Eutyches. 183
Eutychius. 230
Ezechiel Prophe. 40

F

Faber Jacobus. 302
 Faber Petrus. 342
 Faber Tanquillus. 367
 Faidit Petrus. 372
 Fallopius Gabriel. 313
 Fastidius. 171
~~Felix III. Papa.~~ 192
 Fenestella Lucius. 82
 Ferrerius Vincentius. 292
 Florus Luc. Annæus. 122
 Florus alter. 212
 Formosus Papa. 228
 Franciscus Assisnates. 255
 Franciscus Preste. 364
 Franciscus de Solignach. 379
 Franciscus Georgius. 338
 Francus Nicolaus. 349
 Fracastorius Hieronymus. 311
 Frontinus Sex. Jul. 102
 Fulbertus. 233
 Fulgentius. 189
 Fulgentius Planciados. 189

G

Gaguinus Robertus. 281
 Galatens Antonius. 304
 Galutinus Petrus. 320
 Galenus Cl. 113
 Galfridus. 253
 Galileus Galilei. 348
 Gassendus Petrus. 356
 Gallo Optatus. 359
 Gelasius Papa. 186
 Gennadius. 187
 Genesis Josephus. 230
 Georgius de Amid. 293
 Georgius Piffides. 204
 Georgius Cedrenus. 239
 Genebrardus Gilbertus. 339
 Germanus. 209
 Germanus II. 256
 Gerson Joannes. 280
~~Gyraldus Eberhardus.~~ 243
 Gildas. 208
 Golozius Hubertus. 332
 Goropius Beccanus Io. 126
 Gortescalcus. 220
 Gratianus. 247
 Gregorius Thaumaturgus. 140
 Gregorius. 150
 Gregorius Nanzianzenus. 151

Gre-

SCRIPTORUM

| | | | |
|--------------------------------|-----|----------------------------------|-----|
| <i>Gregorius Nyssenus.</i> | 152 | <i>Henricus VIII.</i> | 362 |
| <i>Gregorius I. Magnus.</i> | 201 | <i>Henricus Stephanus.</i> | 341 |
| <i>Gronovius Jo:Frideric.</i> | 366 | <i>Henricus Knighton.</i> | 278 |
| <i>Grotius Hugo.</i> | 354 | <i>Herigerus.</i> | 231 |
| <i>Gruterus Janus.</i> | 358 | <i>Herricus.</i> | 227 |
| <i>Guibertus.</i> | 242 | <i>Hermas.</i> | 92 |
| <i>Gualtierus Franciscus.</i> | | <i>Hermogenes.</i> | 115 |
| 293 | | <i>Herodianus.</i> | 125 |
| <i>Guaricus Lucas.</i> | 338 | <i>Herodotus.</i> | 51 |
| <i>Guilandinus Melchior.</i> | 340 | <i>Hervaeus Natalis.</i> | 268 |
| <i>Guilhelmus Corneli.</i> | 270 | <i>Hesiodus.</i> | 31 |
| <i>Guilhelmus.</i> | 242 | <i>Hesychius.</i> | 203 |
| <i>Guilielmus.</i> | 228 | <i>Henricus Joannes.</i> | 339 |
| <i>Guilielmus alter.</i> | 254 | <i>Hieremias Propheta.</i> | 39 |
| <i>Guilielmus alter.</i> | 257 | <i>Hierocles.</i> | 136 |
| <i>Guilielmus de S. Amore.</i> | 259 | <i>Hieronimus.</i> | 155 |
| <i>Guilielmus Perardus.</i> | 363 | <i>Hilarius Sardus.</i> | 146 |
| <i>Guilielmus Plati.</i> | 367 | <i>Hilarius Arelatensis.</i> | 177 |
| | | <i>Hildegardis.</i> | 251 |
| | | <i>Hippocrates.</i> | 45 |
| | | <i>Histaspes.</i> | 33 |
| | | <i>Hubbes Thomas.</i> | 362 |
| | | <i>Hoeschelius David.</i> | 348 |
| | | <i>Holkos Robertus.</i> | 270 |
| | | <i>Homerus.</i> | 34 |
| | | <i>Horatius Flaccus Q.</i> | 68 |
| | | <i>Hormisdas Papa.</i> | 191 |
| | | <i>Horus.</i> | 31 |
| | | <i>Hottingerus Joan. Hensic.</i> | |
| | | 365 | |
| | | <i>Hotomannus Franciscus.</i> | |
| | | 336 | |
| | | <i>Hugenus Christianus.</i> | 375 |
| | | <i>Hugo</i> | |

H *Arvaxus Guilielmus*
359

Haymo. 222

Hecathaus. 47

Hegeſippus. 115

Heldad. 24

Helmontius Joan. Bapt. 355

Helvidius. 157

Hempech. 16

Henricus de Frimaria. 271

Henricus de Palma. 281

Hugenus Christianus. 375

Hugo

E L E N C H U S.

| | | | |
|-----------------------|-----|----------------------------|-----|
| Hugo de S. Victore .. | 246 | Joannes II: | 198 |
| Hugo de S. Caro. | 258 | Joannes alser. | 227 |
| Humbertus de Romanis. | 259 | Joannes Coropiis Becanus. | |
| Homelogeſta Methodius | 224 | (| 326 |
| Hovedenus Rogerus. | 253 | Joannes alser. | 239 |
| Hygynus C. Jul. | 80 | Joannes de Parifiis. | 264 |
| Hyppolitus. | 123 | Joannes de Lignano. | 275 |
| | | Joannes de Caſa. | 321 |
| | | Joannes Kircmannus. | 359 |
| | | Joannes Parvus. | 277 |
| | | Joannes Jovianus Pontanus. | |
| | | | 299 |
| | | Joannonus. | 379 |
| | | Job. | 22 |
| | | Jonithus. | 17 |
| | | Joſeph. | 21 |
| | | Joſeph Flavy. | 303 |
| | | Jordanus Brunus. | 343 |
| | | Jovinianus Pontanus. | 343 |
| | | Jovius Paulus. | 318 |
| | | Iſaac. | 182 |
| | | Iſaac alser. | 229 |
| | | Iſaias Profeta. | 36 |
| | | Iſatides. | 31 |
| | | Iſeus. | 56 |
| | | Iſidorus Hiſpalenſis. | 202 |
| | | Iſidorus Mercator. | 219 |
| | | Iſocrates. | 55 |
| | | Judas Iſcariotes. | 87 |
| | | Julianus Imperator. | 147 |
| | | Julius Capitolinus. | 135 |
| | | Julius Caſar C. | 67 |
| | | Julius Africanus. | 125 |

Julius

S C R I P T O R U M

| | | | |
|-------------------------------|-----|-------------------------------|-----|
| <i>Julius Papa.</i> | 143 | <i>Libanius.</i> | 147 |
| <i>Julius Firm. Maternus.</i> | 143 | <i>Liberius Papa.</i> | 146 |
| <i>Junilius.</i> | 197 | <i>Liguoro Octavius.</i> | 377 |
| <i>Jvo.</i> | 239 | <i>Linus.</i> | 27 |
| <i>Justinus Martyr.</i> | 109 | <i>Linus Papa.</i> | 96 |
| <i>Justinus Historicus.</i> | 111 | <i>Linwood Gulielmus.</i> | 284 |
| <i>Justinianus I. Flav.</i> | 193 | <i>Lipsius Justus.</i> | 344 |
| <i>Justus.</i> | 195 | <i>Lirinensis Vincentius.</i> | 180 |
| <i>Juvenalis D. Jun.</i> | 193 | <i>Livius Titus.</i> | 80 |

K

| | | | |
|--------------------------|-----|-----------------------------|-----|
| K <i>Nighton.</i> | 278 | <i>Lucanus Mar. Annæus.</i> | 96 |
| <i>Kircmannus.</i> | 359 | <i>Lucianus.</i> | 114 |

L

| | | | |
|---------------------------------|-----|------------------------------|-----|
| L <i>Abbè Philippus.</i> | 363 | <i>Loyola Ignatius.</i> | 323 |
| <i>Lactantius L. Cel.</i> | 136 | <i>Lucilius C.</i> | 65 |
| <i>Laertius Diogenes.</i> | 109 | <i>Lucas Evangelista.</i> | 89 |
| <i>Lambinus Dionysius.</i> | 328 | <i>Lucanus Mar. Annæus.</i> | 96 |
| <i>Lampridius Ælius.</i> | 136 | <i>Lucianus.</i> | 114 |
| <i>Lanfrancus.</i> | 235 | <i>Ludgerus.</i> | 216 |
| <i>Lao Andreas.</i> | 364 | <i>Logotheta Simeon.</i> | 251 |
| <i>Launojus Joannes.</i> | 361 | <i>Ludovicus Vives Joan.</i> | 301 |
| <i>Lauterbergius Conradus.</i> | 256 | <i>Lucretius T. Carus.</i> | 65 |

| | | | |
|----------------------|-----|-----------------------------------|-----|
| <i>Lazarus.</i> | 73 | M <i>Abilonius.</i> | 369 |
| <i>Lepidus.</i> | 78 | <i>Macarius junior.</i> | 154 |
| <i>Leo Magnus.</i> | 181 | <i>Macrobius.</i> | 144 |
| <i>Leo II. Papa.</i> | 207 | <i>Magrifestos Petrus Paulus.</i> | 302 |
| <i>Leontius.</i> | 201 | <i>Maimbourg Ludovicus.</i> | 371 |
| <i>Leporius.</i> | 173 | <i>Maimo-</i> | |

M

E L E N C H U S.

| | | | |
|---------------------------------|-----|--------------------------------|-----|
| <i>Maimonides.</i> | 65 | <i>Maximus alter.</i> | 179 |
| <i>Mahometus.</i> | 203 | <i>Maximus alter.</i> | 205 |
| <i>Maldonatus Joannes.</i> | 333 | <i>Medad.</i> | 24 |
| <i>Mambres.</i> | 24 | <i>Megasthenes.</i> | 46 |
| <i>Mameſ.</i> | 133 | <i>Melifander.</i> | 33 |
| <i>Marafioti Hieronymus.</i> | 350 | <i>Mela Pomponius.</i> | 93 |
| <i>Manilius M.</i> | 70 | <i>Melito.</i> | 119 |
| <i>Marcellus.</i> | 70 | <i>Mercator Gerardus.</i> | 333 |
| <i>Marcellinus.</i> | 211 | <i>Metaphraſtes Simeon.</i> | 229 |
| <i>Marcion.</i> | 108 | <i>Metaſthenes.</i> | 56 |
| <i>Marcus Evangeliſta.</i> | 89 | <i>Methodius.</i> | 134 |
| <i>Marc. Aur. Antoninus.</i> | 112 | <i>Metochita Theodorus.</i> | 266 |
| <i>Marcus.</i> | 166 | <i>Mitomophanes.</i> | 225 |
| <i>Macci Baſtinianus.</i> | 337 | <i>Michael Pſellus junior.</i> | 226 |
| <i>Marc. Aur. Siverinus.</i> | 362 | <i>Michael Pſellus junior.</i> | 234 |
| <i>Maria Virgo Deipara.</i> | 77 | <i>Minutius Felix M.</i> | 124 |
| <i>Maria de Agrida.</i> | 377 | <i>Meurſius Joannes.</i> | 357 |
| <i>Mariana Joannes.</i> | 349 | <i>Mirans Aubertus.</i> | 358 |
| <i>Marinarius Ant. junior.</i> | 366 | <i>Misnensis Siffridus.</i> | 262 |
| <i>Marinus Jo: Bapt.</i> | 370 | <i>Modestus.</i> | 117 |
| <i>Marfilius de Menandrino.</i> | 269 | <i>Molinas Carolus.</i> | 318 |
| <i>Marfilius Ficinus.</i> | 295 | <i>Montalto Ludovicus.</i> | 366 |
| <i>Martialis.</i> | 98 | Montanus | 116 |
| <i>Martialis M. Valerius.</i> | 101 | <i>Montanus Michael.</i> | 332 |
| <i>Martianus Capella.</i> | 185 | <i>Malinos Michael.</i> | 374 |
| <i>Martinus Polonus.</i> | 263 | <i>Morneus Philippus.</i> | 347 |
| <i>Matthæus Evangeliſta.</i> | 84 | <i>Mofchus.</i> | 23 |
| <i>Matthæus Paris.</i> | 258 | <i>Moyſes.</i> | 22 |
| <i>Matthæi Petrus.</i> | 357 | <i>Munſternus Sebaſtianus.</i> | 310 |
| <i>Matthias.</i> | 87 | <i>Muretus M. Ant.</i> | 334 |
| <i>Maximus.</i> | 121 | <i>Mafnier Franciſcus.</i> | 373 |
| <i>Maximus alter.</i> | 173 | <i>Mufaus.</i> | 28 |

D d d

Noe

S C R I P T O R U M :

| | | | |
|----------|---------------------------------|---------------------------------|------|
| N | | <i>Olympius.</i> | 31 |
| | | <i>Onofrecritus.</i> | 47 |
| | | <i>Onomacritus.</i> | 38 |
| N | <i>Oe.</i> | <i>Oppianns.</i> | 123 |
| | <i>Natalis ab Alexandro.</i> | <i>Optatus.</i> | 249 |
| | 375 | <i>Orpheus.</i> | 28 |
| | <i>Nebriffensis. Æl. Ant.</i> | <i>Oriefis.</i> | 144 |
| | <i>Neckam Alexander.</i> | <i>Origenes.</i> | 126 |
| | <i>Nectarius.</i> | <i>Orosius Paulus.</i> | 171 |
| | <i>Nembrigenfis. Gulielmus.</i> | <i>Osbernus.</i> | 236 |
| | 255 | <i>Oshanes.</i> | 45 |
| | <i>Nestorius.</i> | <i>Ovidius Naso.</i> | 71 |
| | <i>Niczas.</i> | | |
| | <i>Nicetas David.</i> | P | |
| | <i>Nicetas Serron.</i> | P | |
| | <i>Nicetius.</i> | <i>Pagninus Sanctes.</i> | 305 |
| | <i>Nicephorus.</i> | <i>Palefatus.</i> | 29 |
| | <i>Nicodemus.</i> | <i>Paleologus Joannes.</i> | 273 |
| | <i>Nicolaus.</i> | <i>Panormita Antonius.</i> | 288 |
| | <i>Nicolaus de Gotham.</i> | <i>Papebrochius Daniel.</i> | 374 |
| | <i>Nicolaus de Clemaniis.</i> | <i>Paphnutius.</i> | 150 |
| | <i>Nicolaus Florentinus.</i> | <i>Papias.</i> | 105 |
| | <i>Nobilis Flaminius.</i> | <i>Palmerius Matthæus.</i> | 293 |
| | <i>Notkerus.</i> | <i>Paracelsus Theophrastus.</i> | |
| | <i>Novatianus.</i> | 315 | |
| | | <i>Paschasius.</i> | 188 |
| | O | <i>Patricius.</i> | 178 |
| | | <i>Patricius Franciscus.</i> | 338 |
| O | <i>Cellus Lucanus.</i> | <i>Paulinus.</i> | 162 |
| | <i>Ocham Gulielmus.</i> | <i>Paulinus alter.</i> | 172 |
| | <i>Odonicus de Portunaono.</i> | <i>Paulus Apostolus.</i> | 86 |
| | <i>Oecumenius.</i> | <i>Paulus Samosatensis.</i> | 132 |
| | <i>Olans Magnus.</i> | <i>Paulus I. Papa.</i> | 212 |
| | | | Paw- |

E L E N I C H U S .

| | | | |
|--------------------------------|-----|----------------------------------|-----|
| <i>Paulus Diacomus .</i> | 214 | <i>Photinus .</i> | 144 |
| <i>Paulus V .</i> | 348 | <i>Photius .</i> | 224 |
| <i>Paulus Æmilius .</i> | 307 | <i>Picenini Jacobus .</i> | 382 |
| <i>Pausanias .</i> | 110 | <i>Picus Joannes .</i> | 306 |
| <i>Peckamus Joannes .</i> | 263 | <i>Pierius .</i> | 134 |
| <i>Petagus .</i> | 169 | <i>Pighius Albertus .</i> | 313 |
| <i>Pelagius I. Papa .</i> | 197 | <i>Pindarus .</i> | 541 |
| <i>Pelagius II. Papa .</i> | 199 | <i>Pisander .</i> | 34 |
| <i>Persius A. Flac .</i> | 94 | <i>Pitheus Petrus .</i> | 346 |
| <i>Pezottus Nicolaus .</i> | 297 | <i>Pius Papa .</i> | 112 |
| <i>Petrarcha Franciscus .</i> | 272 | <i>Plato .</i> | 37 |
| <i>Petronius Arbitr T .</i> | 97 | <i>Plautus M. Acc .</i> | 64 |
| <i>Petronius .</i> | 182 | <i>Filatus Pompius .</i> | 79 |
| <i>Petrus Apostolus .</i> | 82 | <i>Plinius II. C .</i> | 99 |
| <i>Petrus Alexandrinus .</i> | 135 | <i>Plinius junior .</i> | 104 |
| <i>Petrus de Honestis .</i> | 235 | <i>Plata Horatius .</i> | 361 |
| <i>Petrus Lombardus .</i> | 294 | <i>Plata Gulielmus .</i> | 375 |
| <i>Petrus Bleffensis .</i> | 249 | <i>Platina Bartholomeus .</i> | 283 |
| <i>Pereyrus Isaac .</i> | 363 | <i>Plotinus .</i> | 128 |
| <i>Petrus Joannis .</i> | 68 | <i>Plutarchus .</i> | 104 |
| <i>Petrus Suavis Polanus .</i> | 346 | <i>Poggius Joan. Franc .</i> | 283 |
| <i>Petrus Commestor .</i> | 250 | <i>Polibius .</i> | 45 |
| <i>Petrus Hispanus .</i> | 296 | <i>Polycarpus .</i> | 105 |
| <i>Peraldus Gulielmus .</i> | 263 | <i>Polycrates .</i> | 121 |
| <i>Petrus de Alliaco .</i> | 278 | <i>Pomerius Julianus .</i> | 187 |
| <i>Pherecydes .</i> | 35 | <i>Pomerius Julianus alter .</i> | 206 |
| <i>Philastrius .</i> | 156 | <i>Politianus Angelus .</i> | 299 |
| <i>Philammon .</i> | 31 | <i>Polydorus Virgilius .</i> | 320 |
| <i>Philistion .</i> | 44 | <i>Pomponius Letus Jul .</i> | 298 |
| <i>Philo .</i> | 90 | <i>Pontanus Joansfacius .</i> | 288 |
| <i>Philoftratus .</i> | 122 | <i>Porphyrius .</i> | 51 |
| <i>Philo alter .</i> | 168 | <i>Porphyrius .</i> | 132 |
| <i>Philostorgius .</i> | 173 | <i>Porrichius Olaus .</i> | 276 |

Ddd 2. Porta

S C R I P T O R U M

| | |
|--|-----|
| <i>Porta Joan. Bapt.</i> | 342 |
| <i>Possavinus Antonius.</i> | 344 |
| <i>Postellus Gulielmus.</i> | 322 |
| <i>Povelus Gabriel.</i> | 373 |
| <i>Prasbyteri, & Diaconi Acha-</i> | |
| <i>ja.</i> | 95 |
| <i>Primasus.</i> | 197 |
| <i>Pritanius Lamindus.</i> | 379 |
| <i>Proba Falconia.</i> | 176 |
| <i>Proclus.</i> | 179 |
| <i>Proclus Lycius.</i> | 188 |
| <i>Procopius Cesarisenses.</i> | 193 |
| <i>Procopius Gazans.</i> | 191 |
| <i>Prochorus.</i> | 95 |
| <i>Pronapidas.</i> | 33 |
| <i>Propertius Sex. Aur.</i> | 70 |
| <i>Protagoras.</i> | 55 |
| <i>Prudentius Clemens A.</i> | 168 |
| <i>Ptolomeus Cl.</i> | 113 |
| <i>Ptolomeus alter.</i> | 112 |
| <i>Psyllus Franc. Ant.</i> | 371 |
| <i>Pythagoras.</i> | 49 |

Q

| | |
|--------------------------------------|-----|
| Q <i>Uadrimani Sertorius.</i> | 242 |
| <i>Quintilianus M. Fab.</i> | 102 |
| <i>Q. Curtius Rufus.</i> | 100 |

R

| | |
|--------------------------------------|-----|
| R <i>Abalafus Franciscus.</i> | 320 |
| <i>Rabanus Maurus.</i> | 223 |
| <i>Ramus Petrus.</i> | 329 |
| <i>R. Salomon.</i> | 74 |
| <i>R. Simeon.</i> | 118 |
| <i>R. Achiva.</i> | 108 |
| <i>Raulens Gualterus.</i> | 352 |
| <i>Rattraminus.</i> | 221 |
| <i>Raymundus Lullus.</i> | 266 |
| <i>Raymundus Jordanus.</i> | 277 |
| <i>Remigius.</i> | 184 |
| <i>Remigius alter.</i> | 224 |
| <i>Rhenanus Bildius.</i> | 312 |
| <i>Rheuclinus Joannes.</i> | 300 |
| <i>Ricardini Joan. Aug.</i> | 365 |
| <i>Rhodiginus L. Cael. Richier,</i> | |
| <i>305.</i> | |
| <i>Ribicus Philippus.</i> | 275 |
| <i>Riccardus à S. Victore.</i> | 249 |
| <i>Rissnich Hermannus.</i> | 301 |
| <i>Robertus Ssephanus.</i> | 309 |
| <i>Robertellus Franciscus.</i> | 325 |
| <i>Rocabella Stephanus.</i> | 366 |
| <i>Rodericus Sancius de Are-</i> | |
| <i>valo.</i> | 291 |
| <i>Roffensis Joannes.</i> | 303 |
| <i>Rondelitus Guillemus.</i> | 326 |
| <i>Roya Ægidius</i> | 291 |
| <i>Rupertus Abbas.</i> | 243 |

Rw-

E L E N C H U S.

Ruphinus Toranius. 161

S

S *Aba Regina.* 32
Sabellicus M. Ant. Coc.

297

Sà, Emmanuel. 324

Salesius Franciscus. 345

Salignach Franc. 375

Salmasius Cl. 360

Salomon. 30

Salvianus. 181

Salustius Crispus. 67

Samuel. 236

Sannazarius Act. Sincer.

308

Sannertus Daniel. 352

Sanconiaton. 52

Sarisberiensis Joannes. 252

Sarpus Paulus. 346

Savanarola Hieronymus.

294

Saxo Grammaticus. 253

Scaliger Jul. Cæf. 314

Scaliger Joseph. Just. 344

Scarfo Chrysostomus. 380

Scarini Paulus Ant. 350

Scholarius Georgius. 289

Schottus Andreas. 345

Scioppius Gaspar. 357

Scotus Joan. Duns. 265

Sedulius Cæl. 186

Seneca M.A. 81

Seneca L. Annævus. 96

Serry Jacob Hiacinth. 378

Seth. 14

Severinus M. Aur. 362

Sibyllina Oracula. 71

Sigebertus. 241

Silius Italicus C. 99

Simeon junior Stylites. 192

Simeon alter. 247

Simon Magus. 82

Sincellus Georgius. 216

Siricinus Papa. 159

Sirletus Gulielmus. 331

Sixtus II. Papa. 130

Sixtus III. 178

Sixtus Senensis Franciscus.

327

Slaidanus Joannes. 317

Socrates. 181

Solinus Jul. 100

Solon. 49

Sophocles. 47

Sophonias Propheta. 39

Spartianus Ælius. 135

Sozomenes. 181

Spina Alphonsus. 291

Statius P. Papinius. 101

Stephanus. 81

Stephanus alter. 229

Stefcorus. 26

Strabo. 80

Ddd 3

Siri-

S C R I P T O R U M

| | | | |
|------------------------------|--------|---------------------------------|-----|
| <i>Scrigofrithamsis</i> | Petrus | <i>Theognis.</i> | 42 |
| Paulus. | 372 | <i>Theophilus.</i> | 114 |
| <i>Suetonius Tranquillus</i> | C. | <i>Theophilus alter.</i> | 158 |
| 106 | | <i>Theophilactus.</i> | 237 |
| <i>Snidas.</i> | 237 | <i>Theophanes.</i> | 216 |
| <i>Sulpitius Severus.</i> | 161 | <i>Theophanes alter.</i> | 234 |
| <i>Syagrius.</i> | 181 | <i>Theopompus.</i> | 55 |
| <i>Sylvester Papa.</i> | 196 | <i>Thestier Philippus.</i> | 370 |
| <i>Symmachus.</i> | 121 | <i>Thomas.</i> | 252 |
| <i>Symmachus Q. A.</i> | 158 | <i>Thomas Aquinas.</i> | 260 |
| <i>Sylvester II.</i> | 232 | <i>Theodwinus.</i> | 234 |
| <i>Synesius.</i> | 171 | <i>Thomas de Kempis.</i> | 287 |
| <i>Sylvius Antonianus.</i> | 338 | <i>Thomas de Vio.</i> | 307 |
| | | <i>Thomas Cornelius.</i> | 357 |
| | | <i>Thuanus Jacob August.</i> | 325 |
| | | <i>Thucydides.</i> | 53 |
| | | <i>Tibullus A.</i> | 71 |
| | | <i>Tichonius.</i> | 161 |
| | | <i>Timeshes.</i> | 29 |
| | | <i>Timaus Historicus.</i> | 53 |
| | | <i>Tiraquellus Andreas.</i> | 312 |
| | | <i>Tiro Prosper.</i> | 183 |
| | | <i>Trans. Rostrensis.</i> | 142 |
| | | <i>Tobias junior.</i> | 38 |
| | | <i>Torrentius Levinus.</i> | 340 |
| | | <i>Torricellus.</i> | 359 |
| | | <i>Tostatus Alphonsus.</i> | 284 |
| | | <i>Trapezuntinus Gregorius.</i> | |
| | | 285 | |
| | | <i>Tremellius Emmanuel.</i> | 330 |
| | | <i>Frithemius Joannes.</i> | 296 |
| | | <i>Frismegistus Mercurius.</i> | 25 |
| | | <i>Eudescbus Nicolaus.</i> | 284 |

Tur-

E L E N C H U S

| | | | |
|---------------------|-----|---------------------------|----|
| Turnebus Hadrianus. | 326 | Vitruvius M. Pollio. | 69 |
| Turpinus. | 214 | Volaterranus Raphael Maf- | |

V

| | | |
|---|--------------------------|-----|
| V | Valentianus. | 107 |
| | Valentinus Antiatas. | 78 |
| | Valerius Maximus. | 81 |
| | Valerius Ailicr. | 207 |
| | Valerianus Joan Pierius. | 310 |
| | Valle Laurentius. | 286 |
| | Vandel Gallus. | 263 |

| | | |
|-------------------|-----|--|
| Vossius Gerardus. | | |
| Vrsinus Fulvius. | 330 | |
| Warmannus. | 233 | |
| Wicelius Joannes. | 274 | |
| Wierus Joannes. | 233 | |
| Widelmus. | 240 | |
| Wulfangus Latus. | 275 | |

X

| | | |
|---|----------------------|-----|
| V | Vasilius Franciscus. | 216 |
| | Vasoli Valentinus. | 377 |
| | Vassier Franciscus. | 363 |
| | Vassius. | 290 |
| | Vassius Perrenius. | 188 |
| | Vassius Bartolomeus. | 198 |
| | Vassius Andreas. | 323 |
| | Vassius Franciscus. | 369 |
| | Vassius Hieronymus. | 314 |
| | Victoria Franciscus. | 303 |
| | Vidius. | 317 |
| | Vidius. | 185 |
| | Vidius Joannes. | 271 |
| | Vidius P. Maro. | 66 |
| | Vidius Ailicr. | 211 |

| | | |
|---|-------------|-----|
| X | Xiphilinus. | 239 |
|---|-------------|-----|

Z

| | | |
|---|-----------------------|-----|
| Z | Zaccaria Franciscus. | 279 |
| | Zacharias. | 272 |
| | Zacharius Bassilius. | 316 |
| | Zacharius Franciscus. | 381 |
| | Zacharia Joannes. | 272 |
| | Zacharia. | 272 |
| | Zoraster. | 271 |
| | Zosimus. | 271 |

E L E N C H U S

A U T H O R

AUTHORIS MONUMENTA EDITA.

Chorus Scientiarum, sive Panegyres, in laude SS. Tyti
Neap. ann. 1710. in 12. *etrusc.* Idiom. *Epistole* Edi-
ditæ Ecclesiastico -- Civile, Academico -- Criticæ, Tom.
II. in 4. P.I. & II. Typ. Genuæ, apud Hered. Celli
1714. & 1715. *Etrusc.* Idiom.

Congressus, Accademici super Historicum Disceptabile
blorum, Tom. VI. in 8. Venet. impressit apud Joan. Re-
dici, 1720. *Etrusc.* Idiom. Edit. 1726.

Novi Orbis Geographia pro Virgilio, in
gloriam Messane Urbis. Medice, apud Cellam,
Etrusc. Idiom.

Pantopologia Calabria, Tom. I. in 4. Typ. Cellam
scam, 1725. Latine.

Pompa Funebres in Obitu Steph. Abbatis, 1722. Edit.
Steph. Abbat. 1722. Edit.

Oratio Panegyrica in laudem SS. Tyti, in
1728. *Etrusc.*

Ferraguens &c. Tyti Neap. in 4. Typ. Cellam
1728. *Etrusc.*

Museum Literarium, in 4. Typ. Cellam
Latine, in

PROPOSIZIONI

Elucidationes, in 4. Typ. Cellam
Theoremata Mathematica, in 4. Typ. Cellam
Tom. II. in 4. Latine.

- Sacula Christiana, à Chronologia Sacra, Civili, & Ecclesiastica illustrata. T.II. in 4. Etrusc.*
- Theatrum Symbolicum de Natura Mirabilibus in Religionum Documenta dispositum. Tom.I. in 4. Latine.*
- Galleria Historica in Moralem translata, Tom. II. in 4. Etrusc.*
- Scientiarum Icones. Tom.I. in 4. Etrusc.*
- Geographia Historica, Sacro -- Profana, Historico -- Politica. Tom.IV. in 4. Etrusc.*
- Iter per phantasticam Orbem Philosophantium. Tom. I. in 4. Latin.*
- Philosophia Rerum Exotica. Tom.II. in 4. Latin.*
- Pallas gloriosa in Eruditis, qui à mundi exordio usque ad nostram aetatem vixere. Tom.IV. in 4. Etrusc.*
- Ramus Sibylla aureus, sive dilucidum ad Eloquentia Elysus iter T.I. in 4. Latin.*
- Institutio Philosophica Rationalis, & Corpuscularis. Tom. IV. in 8. Latin.*
- Jus, & Factum, in tuendis Carmeli Juribus &c. Tom. I. in 4. Latin.*
- Aliaque plura Collectanea apud Bibliothecam Montaltrinam, nostris Sumptibus erectam.*

F I N I S.

EMI.

EMINENTISSIMO Signore.

Gennaro Muzio Publico Padrone di Stampa supplicando espone a V. Em. come desidera dare alle Stampe un Libro intitolato *Museum Literarium Auctore Fra Elia de Amata*. Per tanto supplica V. Em. a commetterlo alla solita revisione, e l'averà a gratia ut Deus.

R.D. Franciscus de Rosa S.Th.D. & M. & examinatus Synodalis revisit, & referat. Neap. 12. Decembris 1729.

D. NICOLAUS CASTELL. VIC. GEN.

D. P. M. Gyptius Can. Dep.

EMINENTISSIME DOMINE.

UT Jussu facerem Em. Tuæ Opusculum *Musæi Literarii ab adm. R. P. Fratrem Elia de Amato Carmelita concinne elaboratum accuratè percurri*, quod sane ne in minimo quidem catholicæ fidei, rectisque vivendi regulis, advertatur; qua propter Typis donari posse Censeo, si Eminentiaæ Tuæ auctoritas accedat, cui me humiliter submitto. Datum Neapoli die 18. Aprilis 1730.

Em. Tuæ.

Humiliss. atque obsequentiss. famulus
Franciscus de Rosa.

Imprimatur die 20. Aprilis 1730.

D. NICOLAUS CASTELL. VIC. GEN.

D. P. M. Gyptius Can. Dep.

ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

Gennaro Muzio Publico Padrone di Stampa supplicando espone a V. Ecc. come desidera dare alle Stampe un Libro intitolato *Museum Literarium Auctore Frà Elia de Amato*. Per tanto supplicando V. Ecc. a commetterlo alla solita revisione, e l'averà a grazia ut Deus.

Rev. F. M. Michael Angelus Ciccarella videat, & in scriptis referat.

MAZZACCARA R. ULLOA R. PISACANE R.
VENTURA R. CASTELLI R. ~~AMPIA R.~~

Spectabilis MIRO absens.

Evovisum per S. E. Neap. die 5. Decembris 1720.

Petrillus.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

Super Libro MS., cujus Titulus: *Museum Literarium*, Auctore R. A. P. Elia de Amato Ord. Carmelit. Magistro, typis cudendo, mihi provinciam Auctoritas Tua demandat; ut, ne quidpiam in ea Caesaris juribus absconum, vel Reipublicae honestati, atque tranquillitati injuriam forte irreperet, sedulo, fideliterque perpendere. En jam. Princeps Optime, hocce Opus eam, quam par erat observantiam, animique contentione lustravi, inque eo nec minimum id genus extare deprehendi, quae

de re, ut mea interest, praefatum librum formis litterariis committi posse Censeo, si tamen idipsum Excellentiae Tuae allubescat.

Neap. è Collegio Angelico D. Thomae de Aquino O. P. VIII. Cal. Februarias Ann. Epochae Dionysianae CIOCCXXX. Excellentiae Tuae.

Additiss., atque Obsequentiss. Cliens
P. Archangelus Maria Mag. Ciccarelli.

Visa relatione imprimatur, & in publicatione servetur
Reg. Pragm.

MAZZACCARA R. ULLOA R. PISACANE R.
VENTURA R. CASTELLI R. PEYRI R.

Spectabilis MIRO absens.

Provisum per S. E. Neap. die 5. Decembris 1729.

Petrillus.

2234586



